H. CARDANI
MEDICI MEDIOLANENSIS
METOPOSCOPIA
LIBRIS TREDECIM, ET OCTINGENTIS FACIEI HVMANÆ EICONIBVS COMPLEXA:

Cui accessit MELAMPODIS *de Næuis Corporis Tractatus, Græcè & Latinè nunc primùm editus: Interprete* CLAVDIO MARTINO LAVRENDERIO, *Doctore Medico Parisiensi.*



LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud THOMAM IOLLY Librarium Iuratum, viâ Iacobæâ, ſub Signo Scuti Hollandici.

M. DC. LVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

ILLVSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

NICOLAO FVCQVETIO

REGIO IN SVPREMA CVRIA PROCVRATORI,

ET GALLICI ÆRARII PRÆFECTO.

A*SPIRAT ad te iamdudum Cardanus noſter* (VIR ILLVSTRISSIME) *prælique propè moram incuſat, quæ ſibi diutiùs multo quàm vellet ſalutandi tui copiam inuiderit. Accedit autem non auctoritate potentiâque tuâ, quæ ſingularis eſt, ſed ingenij doctrinæque laude, quæ tecum eſt ipſi communis, allectus. Ambit apparere in illo eruditorum ſenatu, quem in Bibliotheca tua ex omnium ſæculorum flore coëgiſti: idoneus cenſor, qui huiuſmodi ſenatum legeres. Ingens illic myſterium explicabit, Metopoſcopiam: quæ cùm inanis à multis habeatur, & ſuſpecta falſi; reperit in te, quo decretorum ſuorum veritatem & conſtantiam tueatur. Nunquam enim eius errarunt de te iudicia: agnoſcit ex oris tui lineamentis vim illam ſublimis ingenij, cui nihil vnquam fuit vel in doctrinis, vel in rebus gerendis, arduum; deſcriptam in eo videt humanitatem illam, quæ te ſummis æquè ac infimis amabilem reddit; illam prudentiam, quæ ad regni gubernacula, te minimè ambiente, admota eſt; religionem, quâ iudicia moderaris; integritatem, quâ ærarium tractas; fidem, quam difficillimis temporibus principi ac populo ſummam, maximo regni*

bono probasti. Amat ergo Metoposcopia sub illo prodire vultu, cuius in lineamentis enarrandis summâ tuâ laude, summâ suâ versatur. Ego verò ingentis beneficij loco ducam, hac conciliatrice non ingratum salutationis obijsse munus, & hoc obseruantiæ erga te mea qualecunque monumentum possuisse. Lutetiæ Parisiorum. 15. Non. Aug. 1657.

Tibi æternùm addictissimus
THOMAS IOLLY
Bibliopola Paris.

H. CARDANI METOPOSCOPIÆ

LIBER PRIMVS.

DE REGVLIS GENERALIBVS,

necessarijs ad Metoposcopiam faciliùs, & fœliciùs animo complectendam.

PRÆFATIO AVTHORIS.

OMnes Diſciplinæ, atque Artes, quæ contemplantur corruptibilia, ijs inſiſtunt potiſſimùm quæ frequentiùs accidunt: Indicio eſt Nauigandi, & Agros excolendi peritia; atque inter alias præcipuè Medicina, quæ nec ſemper, quamuis artificioſa, verè futura prænunciat. Itaque neque in Figurâ Capitis, neque Lineis Frontis ſpectandis firma futurorum fides haberi poteſt: Sed, vt in cæteris Artibus, quæ plerumque accidunt prædicimus; manifeſtiſſima quidem circa animi vires; obſcuriſſima circa euentus; media verò circa effectus. Hanc cognitionem Conſuetudo & Leges, & communis forma, & parentum conditio, atque educatio plurimùm augent, minuuntque: quò fit vt & hæc, & etiam Ætatem conſiderare oporteat. Ille verò ſatis tutum ſuum collocabit iudicium, qui Linearum formam, & Manuum Signa, & Aſtrorum conſtitutionem, vltra ea quæ dicta ſunt, adijciet: Per ſe tamen manifeſtis omninò Signis confidere vtilius erit.

Videtur autem hæc Ars tantam non admittere rationem, quantam cæteræ Diuinatrices Diſciplinæ: cùm tam multa quæ in vitâ accidunt animaduertere pluſquàm humanæ ſolertiæ fuerit: Tum etiam quibuſdam, non omninò ineſſe videantur; velut pueris, quibus tamen & magna contingere ſolent.

Illud etiam animaduertere oportet, quòd Muſculi Frontis ſub cute extenſi, neceſſarium in contractione Lineamentum efficiant: Durum enim ſub Molli frequenter tenſum, veſtigium relinquit; neque tamen ob hoc Lineæ in Fronte ſemper fiunt, tranſuerſis ſolùm hac in parte Muſculis: ſed ex Frontis variâ corrugatione.

Porrò in pueris quanquàm minutiſſima vtplurimùm cernantur veſtigia; ſi magna habeant, ij caſibus iſti ætati propriis ſubiecti erunt.

At eorum tamen pauca ſunt talia, quò fit vt magis experimento credendum ſit, vt etiam in pleriſque alijs. Imò quidam morituros intra annum, ex Frontis aſpectu, agnoſcebant: Legimuſque apud Suetonium in vitâ Titi, Capite ſecundo, Metopoſcopum negaſſe Britannicum Claudij Imperatoris filium regnaturum: ſed affirmaſſe de Tito tunc priuato puero; qui ſuccedens auream ſtatuam in Palatio poſuit, & alteram ex ebore equeſtrem ei dedicauit in Circo. Alexander Pictor, tam benè Facies hominum exprimebat, vt ex eis Metopoſcopi diuinarent.

Hoc item eſt firmiſſimum veritatis Artis argumentum; neminem vnquam improbum prauis omninò, & aſſiduis carêre Signis: neminem quoque probum iiſdem contaminari.

REGVLÆ GENERALES.

CAPVT PRIMVM.

1. Lineæ Frontis, vel in genere ſpectantur; vel in ſpecie.

Per Lineas non modò hîc intelliguntur *Inciſuræ* in longum porrectæ: ſed etiam omnis generis *Notæ*, & varij *Characteres*, ſicut ſunt *Cruces*, *Circelli*, *Monticuli*, *Clauſtra maculata*, *Stellulæ*, *Quadrata*, *Triangula*, *Lineæ Capillares*, & id genus alia.

2. Caue ne *Rugæ* imponant tibi, & Linearum ſubeant iudicium.

3. Frontes quædam faciliùs numerant Lineas ſuas; quædam ſteriliſſimè, id eſt, non comprehenditur earum certus numerus in nonnullis hominibus: Alij enim plures, alij pauciores habent: vtplurimùm tamen pauciores tribus inueniri raro contingit.

Linearum paucitatem obſeruaui in fœmellis nondum defloratis; quæ quidem, præter raritatem, adeò tenellulas ſæpè ſignaturas velant Fronte, vt facillimè oculorum fugiant obtutum.

4. Linearum in genere ſpectamus quantitates, qualitates, & oppoſita ad quantitatem continuam.

Linearum aliæ ſunt *Magnæ*, quæ magnos & notabiles; Aliæ *Paruæ*, quæ paruos, & obſcuros denotant euentus.

Lineæ *Continuatæ*, fortunatæ ſunt: *Diuulſæ*, & *Interciſæ*, aduerſitatis, & fraudium notæ.

5. Ex Quantitate Continuâ, *Lineæ Continuatæ*, præter calidam complexionem, etiam in negotijs proſperitatem, & vehementiam indicant: ſicut *Breuiores*; frigiditatem portendunt, tam in corpore, quàm negotiis.

Lineæ *Latæ*, caliditatem cum humiditate mixtam, hominesque lætos, nec fæuienti fortunæ ſubiectos arguunt, eoſque haud inepto ingenio eſſe.

Subtiles Lineæ, frigiditatem cum humiditate denotant, necnon venuſtos, laſciuos, inertes, molles, & fœmineos.

6. Ex Quantitate Diſcretâ, Linearum aliæ ſunt *Multæ*, quæ infœliciter negotioſis, variâque curarum mole preſſis tribuuntur: Lineæ *Paucæ*, minorum negotiorum infœlicitatem indicant.

7. Ex Qualitate, Lineæ diſtinguuntur in *Perſpicuas*, ſiue *Obſcuras*: *Simplices*, ſiue *Rectas*; & *moderatè inflexas*, & *in Ramos expaſſas*.

8. Lineæ in Fronte *Perſpicuæ*, euidentiorem: *Obſcuræ*, & *Debiliores*, obſcurum, & debiliorem Planetæ, & Naturæ effectum præſagiunt.

9. Lineæ in Fronte, quò ſunt *Subtiliores*, *Rectiores*, *Lucidiores*, *non Diuulſæ*, *non Interciſæ*, *non Craſſæ*, *neque Profundiores*: eò meliorem Planetæ influentiam præſignificant.

10. Lineæ *Rectæ*, & *Simplices*, caloris genus ſimplex, & vniforme; proindeque in

rebus agendis constantiam, & animi rectitudinem denotant.

11. Lineæ *Intortæ*, caloris, & animi intemperiem indicant.

12. *Moderatè inflexæ*, affectum nonnunquam elatum, sed mox sedatum testantur.

13. Lineæ *in Ramos expassæ*, negotiorum distractionem, vagabundum, consiliique mutabilis indicant hominem.

14. Opposita ad Quantitatem Continuam, sunt *Interfectiones*, *Circelli*, *Globuli*, *Verrucæ*, & similia.

15. Lineæ *Dissectæ*, aut *se intersecantes in Crucis formam*, pericula, atque damna significant immissa ab illis Planetis, quorum esse Lineæ dicuntur: Verbi gratiâ, si *Mercurij Linea* dissecta, aut aliis Lineolis aucta sit, loquacitatem, garrulitatem, & cætera notat, quæ ad linguæ improbitatem spectant.

Ita etiam *Iouis Linea* hoc modo inducta, damna in his rebus portendit, quæ per Iouem significantur. Idem dic de cæteris.

16. Linearum *Extinctio*, decrementa, & res præteritas significat; sicut contra *Nouarum Linearum Prouentus*, augmenta, & res futuras.

17. *Rara Signa*, raros semper euentus prognosticant: ideoque *Insolentiora* notanda sunt, veluti quibus, tanquàm Diuinis Literis, est scripta, designataque hominum vita.

APHORISMI, ET ARTIS FVNDAMENTA,

QVIBVS SVPERIORES REGVLÆ CLARIORES EVADVNT.

CAPVT SECVNDVM.

1. Notentur Linearum *Numerus*, *Quantitas*, *Longitudo*, *Latitudo*, & *Profunditas*: *Qualitas* etiam; nimirum *Color*, an *Rubeus*, aut *Pallidus* sit, vel alterius modi: *Figura*, an *Recta*, *Tortuosa*, *Ramusculosa*, *Continua*, *Intermissa*, vel alio modo sit formata.

2. Posteà *Situs* Linearum in Fronte, nempe *Ascendentium*, aut *Descendentium*, *Dextrorsum*, aut *Sinistrorsum*, aut aliò vergentium.

3. *Accidentia* quoque in Lineis contingentia, sicut sunt variæ *Figuræ*, *Puncta* diuerso modo posita, *Monticuli*, *Porri*, *Næui*, & similia.

4. *Commensuratio* Linearũ effectum promissum significantium, vt infrà docebitur.

5. *Mutatio Linearum*, & *Characterum*, prout augentur, aut minuuntur, nascuntur de nouo, aut pereunt.

6. *Causæ*, & *Effectus*; *Consentanea*, & *Dissentanea*; id est conuenientia inter se, & disconuenientia.

7. Minor adhibeatur fides Signis conformitatem habentibus cum Regulis Generalibus, quàm cæteris non concordantibus, aut diuersum, seu contrarium denotantibus.

His suppositis, & prænotatis in iudicio proferendo, restant & alia prænoscenda circa iam dicta, suntque sequentia.

OBSERVATIONES NOTABILES.

CAPVT TERTIVM, ET VLTIMVM.

LIneæ in Fronte collocatæ certo non determinantur numero in hominibus; Alij enim plures, alij pauciores habent: Attamen tres ad minimum apparent.

Multitudo Linearum præsertim malè affectarum, vt etiam *Defectus*, seu illarum *Carentia*; tædiosam, ærumnosam, & laboriosam vitam portendunt.

Si *Raræ*, vel *Paucæ* sint Lineæ, animi simplicitatem, hominem iustum, quietum, grauium negotiorum, aut curarum expertem testantur.

Sedulò, & animi sagacitate perpendantur, & notentur *Loca naturalia*, seu *Situs*, & *Positiones Planetarum* in cuiusque Fronte, distinguendo ab ipsis *Sorores*, siue *Adiacentes*, *eas* etiam *quæ deficiunt*; scilicet an sint Saturni, an Iouis, an Martis, an Solis, an Veneris, an Mercurij, an Lunæ: id quod ex notabili in Fronte spatio Linearum vacuo, cognoscitur.

Cæteræ Planetis non attributæ Lineæ, & inordinatæ, vt *Transuersales*, *Ascendentes*, aut *Descendentes*, *sine ordine Aberrantes*, *& non naturales*; sinistrum & prauum minantur effectum.

Considerentur etiam sensibilium harum linearum *Longitudo*, *Latitudo*, *Profunditas*.

Longitudo, effectuum diuturnitatem: *Latitudo*, magnitudinem euentuum: *Profunditas*, stabilitatem prænunciant: vt contrà *Paruæ*, seu *Curtæ*, *Superficiales*, & *non profundæ*, contrarium denotant: Tales tamen *non profundæ*, solent aliquando effectum præteritum significare, quando sunt *quasi obliteratæ*.

Quòd si Lineæ sint *Inæquales secundùm partes*, id est in loco vno *Crassæ*, in alio *Subtiles*, seu *Minutæ*, significant effectum, aliàs potentem fore, aliquando debilem.

Prætereà notabitis, quòd quàtò validior erit Planeta in alicuius figurâ Genethliacâ; tantò magis conspicua, apparens, & longior videbitur Linea illa Frontis, cuius dominium talis Planeta fortis habuerit. At contrarium denotabitur, quando Linea vix apparuerit, aut debilis, breuis, & malè formata conspicietur.

Obseruanda etiam occurrit *Coloris* Linearum varietas, opportuno tempore: manè scilicet, & ieiuno stomacho.

Quòd si Linea *coloris est Pallidi*, vel solito Pallidioris, vel *Inæqualis coloris*; effectus præteriti Planetæ illius ad eiusmodi Lineam pertinentis significatum denotat.

Quòd si Lineæ sint *quasi Nigræ*, *Inæqualis coloris*, aut etiam *Pallidæ*; vicinam quasi, seu imminentem mortem prænunciant.

Si earum *Candidus sit Color*, intra breue tempus effectum consequentur: Sed multò vicinior, & imminentior futurus illarum effectus erit, si Linearum istarum *Color sit Ruber.*

Si Linearum *Color fuerit Liuidus*, mortem illo anno futuram minatur.

Color Linearum *præter naturam*, vt *Croceus*, aut *Niger*, aut alio modo, cum *Vesti-*

gijs malè notatis; malum ſæpiſſimè euentum ſecumdùm naturam Lineæ, præſagit.

Notandum etiam occurrit, Lineas, habitâ ratione *Longitudinis* earum, varijs modis poſſe figurari: Nam Lineæ *Rectæ*, animi rectitudinem, ſimplicitatem, bonam indolem, fortemque ſignificant; vt infrà ſuo notabitur loco, in Figuris 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Contingunt aliquando in Fronte *Figuræ*, aut *Signa* quædam notabilia, vt *Cruces, Circuli, Stellæ, Porri, Naui, Maculæ*, varij *Characteres*, & ſimilia, diligenter notanda: ſunt enim quaſi Diuinæ literæ ſignificatum magnum habentes, quibus deſcripta eſt hominum vita.


Signa (generaliter loquendo) rara, & rariſſimè apparentia, rarum euentum notant; ſicut & conſpicua, & frequenter contingentia, etiam frequentiores effectus denotant.

Horum Signorum; quædam ex proprietate; alia ex proprio ſitu mala ſunt.

Ex propriâ naturâ mala, ſemper malum nunciant, vt ſunt; *Characteres Saturni, Litera X, Craticulæ*, & *Signum omne irregulare* malè formatum, & confuſum; ſcilicet *Circuli diuiſi, Signa rupta, non continua*, & *impedita*; quæ omnia nunquam bonum, ſed ſemper malum prænunciant: talia ſunt ſequentia;



Characteres autem illi ſunt boni, qui certam tenent æqualitatem, ſicut ſunt *Circuli, Stellæ, Cruces, Lineæ, Parallelæ, Triangula, Quadrangula, Cubi*, & alij eiuſmodi;



Signa ex naturâ propriâ mala; ſi ſint in parte ſiniſtrâ peiora, quàm in dextrâ.

Signa bona; in parte ſiniſtrâ, aliquid bonitatis perdunt, propter *Situm*; & varium habent ſignificatum, prout magis in vnâ parte, quàm in alterâ apparentiora conſpiciuntur: quia aliud ſignificabit *Circulus*, vel quodlibet aliud Signum in Lineâ *Saturni*; aliud in Lineâ *Iouis*, & ſic de cæteris.

Idem cenſeatur de *Foſſulis, Monticulis, Maculis, Porris*, & aliis Signis naturalibus in Fronte apparentibus; quæ pro *Situ*, & *Colore* illorum, bonum, aut malum prænunciant.

Quantùm ad *Commenſurationem* Linearum ſpectat, diuiduntur ipſæ *Lineæ integræ* in tres partes.

1ª Pars, ad ſiniſtrum latus, detur primæ ætati, quæ ad 30. annos extenditur, habitâ ratione partis Lunaris ſignificantis Infantiam.

2ª Pars, in medio Frontis poſita, ad annos 60. extenditur: tribuitur ætati virili.

3ª Pars, dextrum latus Frontis occupans, ad 90. annos, pro vltimo vitæ termino, producitur.

Quòd si *Lineæ non fuerint integræ*, & *perfectæ*, partietur Frons in tres partes, vnicuique dando suam ætatem eodem modo; quod intelligitur de *Lineis Ruptis*, quæ Planetis assignantur, extra duas ad *Solem* & *Lunam* pertinentes, supra Cilia positas; quatum vnaquæque in tres partes æquales diuiditur, incipiendo à parte Intercilio-rum, & sequendo versùs Tempora.

Mercurialis eodem modo in tres metitur partes.

Quod si Linea aliqua fuerit *Interrupta*, aut etiam vt cumque malè affecta in suo principio; aut planè deficiat; laborem, aut damnum aliquod producet in primâ ætate; pro naturâ, aut significatu Lineæ: Si in medio, in mediâ ætate: Si in fine, in vltimâ ætate.

Et è contrà, si Linea *Integra*, & *fortunata* fuerit in ætate illâ, bonum promittit secundùm illius situm.

Ex Lineis, aut aliis extraordinariis Signis in Fronte apparentibus, etiam *Tempus effectus* cognoscitur, nimirum per Latitudinem Frontis obseruato situ: Vnde si in parte inferiori Frontis Signum aliquod existat, in primâ ætate sequetur effectus illius: Si in mediâ, in ætate mediâ: Si in supremâ parte, in vltimâ.

Nota quòd Lineæ, & Signa, seu Characteres pro *varietate Temporis* mutantur; vnde tanta variorum accidentium occurrit mutatio in vitâ hominum: verùm notabiliores Lineæ, vt etiam Signa (ea præsertim quæ ad extremum vitæ significatum habent) remanent.

Crescunt aliquando Lineæ, seu decrescunt, & minuuntur; tumque effectus pro naturâ rei augent, vel minuunt; vel res futuras, aut præteritas denotant.

Si Lineæ stent in proprio situ, & eadem proportione, & figurâ quâ erant priùs; diuturnum, & perpetuum effectum notant.

Considerentur, & diligenter perpendantur Lineæ *de nouo nascentes*, *Ascendentes*, & *ad Dextram tendentes*; *Descendentes*, & ad *Læuam vergentes*: Nam illæ bonum: istæ malum præsagiunt: in quibus etiam semper aduertite *Colorem*, *Magnitudinem*, cæterasque suprà assignatas circumstantias.

In effectibus, & accidentibus hominum iudicandis, seu prædicendis; notentur sedulò quæ adinuicem conueniunt, & dissentiunt: verbi gratiâ, si Signum aliquod reperiatur in Fronte, quod malam mortem minetur, & forsan speciem illius præscire desideras? Considerentur Circumstantiæ, & effectus alij ex Physiognomiâ totius: Si enim appareant Signa Furis, scilicet quòd homo iste sit ad furtum procliuis, talem in patibulo periturum coniicies: Si Homicidii signa reperiantur, eum rotæ affigendum iudicabis: Sic etiam si sit Lusor, Libidinosus, Iracundus, Præceps, aut Contumeliosus; Tunc & mortis, seu supplicii speciem tali vitio destinatam, & congruam, poteris prænuntiare, & hoc pacto effectum ex causâ coniicere.

Finis Libri Primi.

CLAVDIVS MARTINVS BENEVOLO LECTORI.

S.

HIeronymus Cardanus Mediolanenſis ſtirpe Nobili, lucis huius vſurâ frui cœpit ſuperioris ſeculi anno primò. Patrem habuit Facium Cardanum, Iuris ſcientiâ non ignobilem, & qui ideò vellet idem vitæ inſtitutum ſequi filium. Prima infantiæ initia admodùm aduerſa ſenſit Hieronymus noſter: nam & vita illius tentata abortiuis poculis, (ità ipſe narrat) & poſt varios, nec leues morbos, vix vitæ ſpes ſuperfuit; ſed adoleuerat inter corporis mala, ingenij eius fœlicitas, quâ, non ſui ſolum ſæculi hominibus palmam præripuit: ſed productus etiam ſequentibus in exemplum videtur, quid Natura queat, vbi ad ſumma contendit. Audaciam aliquis interpretari poſſet quod dixi, niſi in eandem mecum ſententiam vno conſenſu iuiſſent Summi Viri, Gabriel Naudæus, Vrbis huius quondam decus, & nobis (quod ipſe publicè publicâ Epiſtolâ Commentarijs Bartholomæi Perdulcis præfixâ profeſſus eſt) amiciſſimus; Et qui ipſo ætate prior fuit Iulius Cæſar Scaliger. Profuerit pauca, ex immenſis laudibus quas in eum, quem mortuum putabat aduerſarius hic eius, Præfatione in Libros Sexdecim Exotericarum Exercitationum congeſſit, hîc legi. *Orbata eſt*, inquit, *Reſp. literaria, viro maximo, atque incomparabili: eamque iacturam fecit, quam fortaſſe nullis poſthàc ſæculis reparare poſſit.* Et ſanè ſi abſque his teſtimonijs foret, non alium eſſe oportebat, qui vigeſimo primo ætatis anno, Euclidem profiteretur, qui à Pontifice, Rege Daniæ, ab Archi-Epiſcopo Scotiæ, à Prorege Briſacco, à Bononienſibus, Mediolanenſibus, Papienſibus, & à quo non? eximijs ſtipendijs, ſiue ad Cathedram, ſiue Medici munus euo-

caretur. Sed liberauit nos labore vitam illius pleniùs exequendi, industria eiusdem Gabrielis Naudæi viri sanè doctissimi, ex cuius Bibliothecâ, ipsius Cardani Liber de Vitâ propriâ in lucem prodijt. Id vnum insigniter hactenus debito splendori Cardani obfuit, quòd dolo, vel inuidiâ, vitio certè eorum, qui ea possident, tot thesauris careat Resp. literaria, quot sunt Libri Cardani, qui inediti, nullo publico vsu, cum blattis, & tineis rixantur. Nam & *Libri de Arcanis Æternitatis*, at quales! *Libri Secretorum, De Origine Ventorum, Libri Paralipomenon, Tractatus de optimo vitæ genere*, inter plures alios, siue negligentiâ possessorum, siue malitiâ (digni sanè homines, quorum memoria æternis tenebris sepeliatur; quia ipsi lucem inuident alienæ) oculos nostros adhùc fugiunt.

En vindicatur tandem ab hoc fato, & ex ijs, in quibus dudum delituit tenebris, datur in lucem Metoposcopia, diu desideratum à multis opus, à diu multis ignoratum. Priusquàm autem ad id legendum aggrediaris, Lector, de Arte ipsâ in quâ tractandâ liber totus est, pauca te admonere, operæ pretium erit. Eam Metoposcopiam Græci vocant, illustri argumento, ijsdem etiam deberi originem à quibus accepimus nomen. Et sanè scriptis suis Aristoteles, Polemon, Adamantius, Melampus, eius Artis se nequaquam fuisse rudes, abundè fidem fecerunt. Prædicit autem ea, ex Fronte, eius Longitudine, Latitudine, Lineis in quas illa diuiditur; Næuis denique, ea sæpe quæ non admirationem solùm multis excusserint, sed in Magiæ suspicionem interdum authores suos adduxerint; vel vnum id quod Suetonius in Tito recensuit, & laudauit in Præfatione Cardanus noster, quàm non sit ita vana fides quæ Arti huic adhibetur, docet. Et adeò nec vanam, nec vitiosam Artem crediderunt nostri æui Viri Eruditi, vt deinceps, quanquàm disparibus vestigijs, secuti sint Cardanum, Rodolphus Goclenius, Christianus Moldenarius, Thaddæus Haggeccius, Samuel Fuchsius, Cyrus Spontonus, Ludouicus Septalius, Alij; Qui singuli famam publicam edendo Metoposcopicos Libros tentarunt: sed quantùm à Cardano distent tamen, is facilè æstimauerit, qui nouerit quantùm temporis in Diuinatorias Artes collocaret ipse, & quàm esset genio ad illas restituendas quasi nato; Vnde Iacobus Augustus Thuanus ad septuagesimum sextum annum, de illo, *visum eum plerumque certiora promere, quàm ex Arte possint.*

Sed quid de Libris hisce Cardanus ipse memoriæ prodiderit, iuuat in-


telligere. Christophorus, Vicecomes, primus quędam circa Artem eam notauerat, eãque quasi post tot sæcula reuocauerat in vsum hominum. Ita ipse Cardanus paginâ 27. de Libris proprijs editionis Basiliensis Anni MDXXCV. Non tamen nisi post fata illius ad Cardani manus videntur peruenisse quæ ille obseruauerat. Hieronymum enim Vicecomitem vocat à quo accepit, non Christophorum, Capite Quadragesimo quinto de Vitâ propriâ, qui potuit esse Christophori hæres. Inde confestim animum induxit Cardanus Metoposcopiam literis mandare, & tredecim Libris complecti, vtpote quam Astrologiâ potiorem etiam duceret, vt scripto de Libris proprijs discertè profitetur. Satis diu tamen in illis adornandis fuit; ita vt cùm iam instituti sui certiores fecerit Eruditos primâ Editione Libri sui de Libris propriis: vltimâ tamen fateatur ipse paginâ Septuagesimâ, imperfecta eltare Floridorum, Metoposcopiæque opera, *quorum etsi farrago adsit, postulant tamen*, inquit, *à me perfici:* Sed tandem nihilominus vltimam manum adhibuisse, ex Capite Quadragesimo quinto Libri de Vitâ propriâ, non levia sunt indicia: Vnde nemo mirabitur, si initio Libri huius non legerit, *Corporis totius significationes, ex totius etiam habitu dignoscuntur*; quale eius initium esse paginâ vigesimâ septimâ de Libris proprijs ipse Cardanus notat. Sunt enim hæc imperfecti, ac inemendati (tum enim adhuc talis erat) Libri verba, quæ melioribus mutare, cùm eum sub incudem vocaret, Cardano placuit. Quanti alioquin Cardanus æstimet hoc opus, ipse nos satis docuerit paginâ Vigesimâ-septimâ de Libris propriis, & Capite quadragesimo quinto de Vitâ propriâ; vbi illud inter nouemdecim illa, non postremo loco reponit, quæ sola superesse desiderat. Cæterùm eò acceptior debet esse Viris Eruditis huius Libri Editio, quò magis de eâ actum esse videbatur. Quid enim diligentiùs Gabriele Naudæo in anquirendis MSS. Libris, præcipuè Cardani, quem Apollinis loco Summus Vir, si quando hæreret, habebat? Et hic tamen, nec in in Galliâ nostrâ, nec in Italiæ, aut Germaniæ Bibliothecis, quas penè omnes perlustrarat, vllum eius viderat exemplar. Nam quod Patauij oculis contrectarat, quiduis potius erat, quàm Cardani Liber: Cuius rei ipse nobis fidem fecit doctâ Pręfatione in Librum de Vitâ Cardani.

De Melampode pauca monebimus: Antiquum Authorem esse satis apparet, quòd Ptolemæo Regi inscribat, quę de Næuis literis mandabat; quorum Regum vltimum Iulij Cæsaris ætas vidit. Is Græcè


bis, Romæ scilicet anno millesimo quingentesimo quinto; & Francofurti anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo à Sylburgio editus est. Latinè nonnisi semel, idque Venetijs Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, obstetricante Nicolao Petreio Corcyræo, sed non fauente Lucinâ: Satius enim fuisset manum omninò abstinuisse, quàm tot locis Textum malâ versione corrupisse. Ea nobis causa cum denuò interpretandi, & Latinam versionem Textui Græco adiiciendi: Et quòd Vltimus Cardani Liber de Næuis ageret, eum ipsi comitem dandi. Hæc habui Lector, quæ tua scire interfuit. Vale.


H. CARDANI
METOPOSCOPIÆ
LIBER SECVNDVS.


Saturne.
Jupiter
mars
Le soleil
uenus
mercure
La lune










Lineæ frontis in longitudine sumptæ non sunt semper rectæ vt in prima figurâ; nec etiam esse possunt, nec sunt sæpissimè in maiori, & minori numero, & in diuersis modis figuratæ, vt videre est in aliis sequentibus figuris: Lineæ omnimodè rectæ bonam indicant iustitiam, & simplicitatem animi denotant, atque etiam hominem benè constitutum; & cùm duæ, vel tres ad minimum reperiuntur, vt in præsentibus figuris, 2. scilicet, 3. 4. & 5. In 2. enim vides ♄, ♃, & ♂. In 3. ♃, & ♂. In 4. ♄, & ♂. In ♄, & ♃. & sic de aliis.


Sed in istis omnibus operam dandum est, vt cuiuslibet Planetæ datum locum inueniamus, siue in illo lineæ, aut characteres notentur, siue non; in quo difficultatem experiuntur qui in illis non sunt benè versati; sed paulatim illa certitudo præceptorum vsu acquiritur, cuius explicationi docilis animus, labor, patientia, & sciendi cupiditas, sicut in cæteris artibus, & scientiis, requiritur.






Lineæ mediocriter obliquæ, vt in 6. figurâ, acquisitionem bonorum, vel diuitiarum denotant, nec-non longam vitam, sed non tam validam ac fortem.


Sed cùm sint multùm obliquæ, rapacem hominem potius, furem, auarum, pessimæ indolis, ac malè constitutum faciunt, quamuis longam vitam designent; præsertim verò si sint illæ lineæ Saturni, & Iouis; vel Saturni, & Martis; vel tres illæ simul, Saturni, Iouis, & Martis.






Paruæ, & multùm tortuosæ lineæ, vt in 8. hac figurâ, debilem, & exiguam vitam significant: præsertim verò si sint constitutæ in tribus superioribus planetis.

Paruæ lineæ, exiguum illarum effectum designant, secundùm designatorum planetarum naturam.



10



11

Lineæ aliquam continuitatem habentes, & interruptæ, nunios excessus demonstrant, insolita infortunia, vitam laboriosam, graues morbos, & inconstantiam; præsertim si sint duæ, vel plures.

Cùm lineæ non sunt continuæ, & imprimuntur in aliquibus locis, & sunt interruptæ, imbecillitatem & defectum virtutis appropriatæ Planetæ, vel per ipsum significatæ significant.

Linea enim ♄, memoriam denotat, & patientiam.

Linea ♃, consilium, iudicium, & prudentiam.

Linea ♂, audacem hominem, iratum, promptum, & cholericum facit.

Linea ☉, sapientem, moderatum, continentem, & magnificum reddit.

Linea ♀, concupiscentem, & complacentem.


Linea ☿, imaginationem, & memoriam.

Et quò magis illæ lineæ sunt interruptæ, eò maiorem debilitatem significant. Altiores lineæ exiguam vitam, & naturam inconstantem denotant.

Quòd si pars lineæ alteri subiiciatur, minorem imbecillitatem illius virtutis, aut significationis denotat, atque etiam vitam prorogare potest.



12



13

Quod si lineæ sint paruæ, & disruptæ, naturam debilem, exiguam vitam, & mortem á veneno, aut peste significant: vt videre est in 12. figurâ.

Lineæ capillares sæpius etiam virtutis naturalis debilitatem, & pessimæ indolis hominem significant, Tales lineæ malæ sunt.




Lineæ ſicut rami, varia negotia, vagabundum, proditorem, infidelem, inconſtantem in rebus per ſignificationem talium linearum denotatis, faciunt.



Lineæ rectæ interſciſſæ, vitæ varietatem, impedimenta, damna, & mutationes deſignant.



Sed cùm illæ lineæ interſciſſæ ſunt etiam obliquæ, præter ſupra dicta in 15. figurâ, ſignificant multa infortunia, vitæ tormenta, carcerem, mortémque violentam.



His lineis notatus, vulnus aliquod recipiet in capite, & in pectore; habebit incommoda in genitalibus, & in renibus.

Quòd ſi mulier tales habeat lineas, peſtiferos morbos patietur, morieturque in partu.





Malè fortunatus erit, calumniabitur, & pessimæ erit indolis in iuuentute, & ob pessimos mores occisione peribit.

Quod si sit fœmina, dedecorabitur publicè, & in adulterio deprehendetur.

Mortem pudendam, vel ignominiam patietur.

Si sit mulier, sese prostituet, & ventris sui fructum perdere conabitur.





Morietur extra patriam in paupertate, & miseriâ.

Fœmina vi dedecorabitur ante matrimonium contractum, quamuis optimis moribus sit, & clara.

Biliosus est homo, & cholericus, & amittet brachium.

Et similiter fœmina, quæ insuper erit obnoxia multis miseriis, & calamitatibus, & vexabitur apoplexiâ.



22

Eſt patricida qui morietur morte ſubitaneâ, atque repentinâ.

Fœmina ægrotabit morbo venereo, & morte repentinâ atque improuiſâ morietur.



23

Triſtitiam, & carcerem diuturnum patietur.

Fœmina incarcerabitur, & cædetur virgis publicè.



24

Longa itinera faciet, fortunatus erit in propriis negotiis; in negotiationibus, vel mercibus fauſtus.


Fœmina vitam ducet laborioſam.



25


Vitam diuturnam ducet, & plurimis calamitatibus & miſeriis extricabitur.

Fœmina fortunata erit, & ad ſecundum lectum convolabit.



26

Vltrò, & sciens vniuersas facultates amittet, & sæpissime incarcerabitur.
Fœmina erit meretrix, quamuis coniungat sibi virum matrimonio.



27

Violenter vexabitur colico dolore.
Fœmina sæpissimè dolebit doloribus vuluæ, & morietur in partu.



28

Homo submergetur in aquis.
Fœmina dolores ventris habebit, & submergetur in aquis.



29

Hæ lineæ denotant eximias calamitates, tristitias, & incarcerationes; tamen miseriæ istæ transibunt, quamuis sit nequissimus, fur, & mendax.

Fœmina fortunata erit in matrimonio, sed facultates plurimas mariti sui dissipabit, atque disperdet.



30

Multas diuitias, atque facultates possidebit, & omnium iacturam faciet, ita vt ad extremam miseriam, & paupertatem maximam redactus erit: sed rursus illas possidebit, & ad faustum, atque fortunatum finem perueniet.

Fœmina erit obnoxia multis tristitiis, & mœroribus, & omnibus filiis suis priuabitur.



31

Multis infortunij vexabitur, & incarcerabitur.

Fœmina iacturam bonorum, & honoris faciet, & multas patietur molestias, ac miserias.



32

Plurimas habebit tristitias, & infaustum finem.

Fœmina decorabitur in proprio corpore.



33

Cadet ab alto per loca petrosa, multis afficietur iniuriis, incarcerabitur, & in mari insultabitur.

Fœmina, lapide vulnerabitur in capite.



34

Vitam ducet pacificam, & tranquillam, & faustum habebit finem.

Fœmina erit pudica, & casta, & multum diliget filios suos.



35

Vulnerabitur plagis lethalibus ex quibus morietur.


Et similiter fœmina.



36

Fortunatus erit in aquis in mercibus.

Et fœmina fortunata erit in matrimonio, & in omnibus rebus quas suscipiet.




37

Malignus erit, luxuriosus, & tandem suspendetur.

Fœmina duos maritos habebit, qui ante illam morientur; meretrix erit, & societatem Monachorum amabit; maligna erit, & praua.



38



39

Peruerſis erit moribus, morietur morte violentâ.

Et fœmina breuis erit vitæ.

Erit erraticus, & vagus extra patriam, morte violentâ morietur.

Fœmina vaga erit, & tandem ab amatore interficietur.



40




41

Non erit ſtabilis in loco.

Fœmina peregrinabitur, & ad exteras gentes progredietur.

Peregrinabitur, & vulnus in coxâ ſiniſtrâ accipiet.

Fœmina erit admodum inſolens, & vulnus etiam accipiet in coxâ.




42

Prosperabit homo per fœminas.
Et fœminas per viros.



43

Homo furens, & vrens amore, disperdet eâ causâ multa bona, facultatesque plurimas.
Et fœmina erit valde luxuriosa.



44

Non amabit mulieres ipsarum causâ, sed propter nimium calorem; aliquatenus fortunatus erit in negotiis suis, & erga domesticos.
Fœmina erit valdè luxuriosa, & cadet in aquam.



45

Vitam violenter profundet, & attonitis tabescet morbis; quòd crapulæ se subdat.
Mulier diuturnâ; ac insanabili vexabitur affectione, violentérque cedet vitâ.



46



47

Perditis erit inſtitutis, in itineribus curis, tribulationibus, & negotiis erit onuſtus.

Mulier verò lenociniis deſeruiet, & magnis quatietur vexationibus.

impenſè perditus erit, nempè homicidia, ac plurima delicta conficiet, ob quæ maximis à iuſtitiâ premetur ſollicitudinibus.

Et mulier exitioſa, ac peſſimis moribus erit, quippe quæ lenocinia, & inſidias molietur, & ſuâ culpâ multa perpetietur damna.



48



49

Hæc conſtitutio, cuiuſque ſexus homicidam redarguit, prauum, atque moleſtum.

Et mulierem, alicuius quoque auctricem homicidij, iniquis inſtitutis, potiſſimè maledicam, atque doloſam.

Hæ autem lineæ Lunæ, Mercurio, Veneri, Martique obnoxiæ ſunt.

Proditor, diffamator, & homicida.


Itidem mulier, & ampliùs maleuola, ac moleſta.



50

Hæ lineæ admodùm taciturnum, ac subitæ morti subactum hominem enunciant.

Et mulierem vteri doloribus, eidem occasui ascitam.



51

Denotant hæ lineæ hominem libidine vehementer exardescentem, & plurimum diuitiarum possidentem : sed auaritiæ vitio laborantem, & ab humanitate longè aberrantem.

Imprudentem verò mulierem, iracundam, salacem, ac rationis exortem.



52

Hæ autem vxoris gratiâ viro hæreditatem spondent.

Et & mulieri causâ viri.



53

Fœlix erit in negotiis, prosperâ fortunâ gaudebit, thesauros præterea, resque abditas, atque impensatas inueniet.

Et mulier idem.



54

Mergetur, vel aquis præfocabitur.
Et mulier tribus coniungetur viris, & aquis itidem periclitabitur.



55

Ex altis corruet locis, & ceruicem effringet.
Mulier etiam in eodem erit periculo.



56

Hæ lineæ munificentiâ, humanitate, & charitate hominem exornant, ac faustis connubiis pluribus cum vxoribus; & ampliùs ætate longæuâ.
Mulierem verò ingenuitate, negotiis florentissimis, vitâ prolixâ cum pluribus item viris.



57


Magnam sortem habebit, & aliorum ipse opera, & hæreditates intrabit; quæ quidem bona suorum sunt causâ genitorum: & simplex erit.
At mulier fortunata erit, hæreditates acquiret, vitamque longam perducet.



58

Hæc constitutio deprauatis hominem afficit consuetudinibus, suspiciosum, impudicum, & repent nō posse occumbere.

Mulierem autem non formidolosam, leuem tamen, & facilem ad salacitatem reputat.



59

Pugnax erit, & vindex, alios libenter oblædet. Et ipse cum ferro, igne quoque lædetur.

Et mulier à proprio viro, vel consanguineis afficietur plagis.



60

Hæ lineæ acutis hominem febribus discutiunt, & quot ex illis fuerint interfectæ, in tot similes ipse affectiones, attamen incolumis euadet ob maiorem rectarum vim linearum.

Et mulierem laboriosam, ac prudentem astruunt, sed ad ægritudines, & sanguinis fluxum perferendum decliuem.



61

Hæ lineæ plagis hominem affectum in capite protelant, & si plures adfuerint lineunculæ, plagæ quoque plures erunt.

Et mulierem, vel ictum accepturam in capite, vel aliquid supra cadendum quo icietur.



Hæc conſtitutio maximas homini affert calamitates, carcerationes diuturnas, incommodas ægritudines, & ærumnas causâ mulierum.

Mulierem verò anguſtiis moleſtat gratiâ dignitatis, ac pluries damnat remotam à culpa.




Carcerum diſcrimina, atque torturam homini prænunciant hæ lineæ, quem etiam nefando vitio fœdant.

Et mulierem lupanar frequentare, & obſcœnitate valde repleri.




Hæ lineæ hominem grauiter percutiendum pandunt.

Et mulierem, & in capite, & in brachiis vulnerandam, ſed ita dicacem, vt aliorum ſit mortis origo.



Hæc autem conſtitutio ex altis hominem vergit collapſurum locis.

Itidem, & mulierem, & ampliùs deſceſſuram in partu.



66

Hæ lineæ, rei familiaris dilapidatorem natum promulgant.

Et mulierem bonorum heluatricem, & in fine mendicam.



67

Hominem nefandæ libidinis insimulat hæc linea.

Et mariti thori mulieri violatricem.



68

Homo aliquam habens lineam in situ Lunæ aliquâ cum fossulâ submersiones indicat; quæ si in Mercuriali etiã falsitates portendit: si in venereâ carceres, & exiliæ infortunia si in solari, ac dominorum infectationes: si in Martiali homo percussor efficietur: si in Iouiali bonorum iacturas: & si in Saturninâ diuturnas affectiones, plagasque insanabiles.


Mulieri verò, & in aquas, & ex alto casus in Luna: in Mercurio immeritò iactari: incontinentiam, & cum marito iurgium in Venere: in Sole ictus, siue vulnera capitis: in Marte à consanguineis decipi: in Ioue bonorum causâ prolixas afflictiones: in Saturno denique plagas incurabiles.



69


Hominem dementem, ac breuis vitæ denotant hæ lineæ.

Sicuti & mulierem.




70

Hæc linea spurium ex nupta homini spondet.
Et mulieri ab amasio.
Hæcque linea aliquando à Venere manat.



71

Hæ autem lineæ coniugatarum amatorem hominem efficiunt; & si nuptus ipse fuerit binos de consanguinea notos excipiet: incestuosus erit, & non tangendo fiet adulter.
Et mulier nupta, totidem cum propinquo habebit: & quot lineæ tales, tot illegitimi erunt.



72

Hæ lineæ denotant hominem dirum, sacrilegum, & nefandum.
Mulierem autem peruersam, sæuam, religiosisque conglutinandum.



73

Hæ lineæ denotant hominem luxuriosum, & incestuosum.
Et similiter mulierem, ac amplius libidine prurientem, & morbum in naturâ sentientem.



74



75

Hominem odio prouocant hæ lineæ, vxorem dimittentem, & aliis addictum fœminis, quas, cùm garrulus ipse sit, effœminatus, & mollis persequetur amore, ac fortunæ bona industriâ suâ, & ingenio congeret; quæ tamen malè disperdet facilitate.

Et mulierem inanem, superbam, parumque legis timentem, à marito fugam arripientem, vt focariam, ac ferro petendam denotant.

Illæ salacitate hominem valde replent, quare lethale illi periculum impendet, vel repentina nex.

Et mulierem facto connubio corrumpendam, & violento obeundam occasu.



76



77

Illæ duos demonstrant spurios sibi visuros.

Et mulieri similiter & duos spurios, priusquam nubat, prædicit.

Cum propriis cognatis ad luxuriam potest esse procliuis.

Itidem, & mulier iisdem obsignata lineis cum iisdem mæchari potest.



78

Hæc conſtitutio oſtendit hominem deſertorem vxoris, & per orbem vagari.


Et mulierem virum linquere, alioſque adamare: vt publicam fieri, ſed honeſtam meretricem, & commiſerantem.



79

Alienigenas mulieres plus adamabit quàm alias.

Mulier quoque aduenas amabit, cum quibus coibit, ſimplicitate magis, quàm prauitate.



80

Amator erit extra patriam, & vehementer amabit.


Et mulier coibit cum extraneis.



81

Hæc linea oſtendit hominem vehementer ſubditum rebus amatoriis, & ob id notabile damnum paſſurum; cuius ſituatio à Saturno procedit ad Martem; ſolet & multoties hæc linea vſque ad Solis ſituationem transferri, ac tum portendit hominem implicatum amori mulieris præſtantis.

Et mulierem violari priuſquam nubat, ſed tamen ſtuprum ex accidenti poteſt haberi: hæc autem linea in mulieribus haud bona.




82

Hæc linea demonſtrat hominem habere nothum.
Et mulierem parituram ſpurium.
Et ſi plures eſſent lineæ, licet paruulæ, plures nothos ſignificarent.



83

Illa denotat hominem leui de cauſa vxorem dimittere, ac malum potius quàm bonum facere, atque ſubitaneam mortem ſubiturum.
Et mulierem à viro aufugere, & publicum ſcortum fieri, ac repentinò morituram.



84

Hæ lineæ ſignificant hominem ſatis pronum ad malum patrandum, magis affinibus quàm aduenis.
Mulierem verò vehementer ſuperbam, & inuidam, & hac de cauſâ graue damnum propriis affinibus illaturam.



85

Hæc linea nefando vitio proſcribit hominem.
Mulierem verò valde luxurioſam, & turpibus vitiis vtentem facit.



86

Hæ lineæ ſignificant hominem fore ſpoliatum, atque à latronibus deprædatum.

Et mulierem laborare tibiis, morbo Venereo, & incurabilibus vlceribus, & ex iis morituram.



87

Hæ autem lineæ portendunt hominem moriturum ex incurabili & contagioſo morbo: & ſi deſcendant vſque ad Veneris ſitum, talis infirmitas proueniet à parte mulierum: At ſi ad Iouis, à frequentibus exercitiis, vel nimiâ crapulâ.

Mulieri autem indicant luem veneream, ſterilitatem, & liberorum priuationem.



88

Hæ lineæ denotant hominem ſacrilegum, valde nequam, & peſſimæ vitæ.

Et mulierem pronam, habentem familiaritatem cum Religioſis, & violenter ex hac vitâ exceſſuram.



89

De diuite euadet pauper, eritque impetuoſus, & birioſus.


Mulier verò publicum ſcortum & infauſtum erit, laborabitque morbo venereo.



90.

Laborabit incurabili morbo, & morbo Venereo.


Fœmina luxurioſa erit, & laborabit eodem morbo Venereo.



91.

Derelinquet vxorem ſuam, & orbem peragrabit, & multoties tum in bonis, tum in propriâ perſonâ lædetur.

Mulier deferet maritum ſuum, & morbum aliquem patietur, ſi lupanaria frequentet.



92.

Duas habebit vxores.

Et mulier duos maritos capiet.



93.

Habebit tres mulieres.


Et mulier habebit tres viros.



94

Alienigenam ducet vxorem, quæ ante illum morietur, & iterum maritus erit alterius aduenæ.

Et mulier duobus viris exteris nubet.



95

Hæ lineæ denotant hominem amatorem mulierum, à quibus ignominiam recipiet, & damnum in perſonâ.

Et mulierem paſſuram amatorium ſenſum cum deſcrimine vitæ.



96

Hæc linea denotat hominem vehementer à fœminis amari.

Et mulierem diligendam, ſed luxurioſiſſimam; propter quod patietur multa incommoda.



97

Hæ autem lineæ fraudulentiam prænotant, & hominem propter verſuram, illicita, & inhonneſta perpetrantem.

At mulier viros amabit propter verſuram.



98

Vulnus habebit in coxâ ſiniſtrâ, cum diſcrimine vitæ.
Et mulier profuga erit, & itidem ſauciata in coxâ ſiniſtrâ.



99

Vulnus accipiet in capite.
Mulier verò libenter diſſipabit bona ſua, recipietque ictum ſimiliter in capite.



100

Hæ lineæ portendunt hominem acerbè fractum, & vulneratum in capite.
Mulierem ſimiliter vulneribus afficiendam, & aquis præfocandam.



101

Hæc linea prænotat hominem ſauciandum in brachio ſiniſtro; & quò linea profundior, eò vulnus profundius.
Item mulierem ſauciandam in brachio ſiniſtro; & ab altis, & periculoſis locis ruendam.



102

Per iuftitiam iugulabitur.

Mulier verò carceres, & torturas patietur; poftremò per iuftitiam punietur.



103

Hæ lineæ denotant hominem adepturum bona fortunæ, virtuofum, ab omnibus venerandum, & à dominis diligendum, longáque vitâ fruiturum.

Mulierem verò virtute præditam & bonâ famâ: quæ lucrifaciet, ab egeftate procul, fecundâ fortunâ lætabitur, & fanâ habitudine, longáque vitâ.



104

Enunciant illæ lineæ acquifitorem bonorum, in mercibus fœlicem, & ex paupere diuitem.

Mulierem autem virtuofam, benè morigeratam, & laborantem.

Vtríque verò fexui longam vitam.



105

Nulla bona poffidebit præter matrimonialia, quæ citiùs profundet.

Et mulier non folùm breui fecedet; fed violenter, & turpiter.




106

Hæc linea homicidia prænunciat, & ipſum malâ morte exceſſurum.
Et mulierem ſuperbam, cuiuſpiam auctricem, breui violenter morituram.



107

Hominem valdè luxurioſum illa denotat, & hac de causâ interimendum.
Mulierem quoque luxurioſam, & ob id millibus ſaturari ignominiis, & maleficiis, & ideò occidendam.



108

Hæ lineæ ſuſpicioſum indicant, & veneris deditum, violenterque obiturum.
Mulierem verò leuem, & vanam, & itidem veneri deditam.



109

Hæ verò deſignant hominem violenter moriturum, & turpiter.
Mulierem autem ob eius malefacta à marito occidendam.



110

Hæ lineæ demonſtrant graue homicidium cum diſcrimine propriæ vitæ.

Et mulierem interemptricem alicuius affinis, vel ſibi amore obſtricti causâ propriæ dignitatis.



111

Hæc conſtitutio homicidia patrare, moleſtias pati, carceres, torturas ex iuſtitiâ inſinuat; ſi autem Iouialis ſit profunda, liber è iuſtitia exibit, & abſque pœnâ malefactorum; quòd ſi vndoſa, & interciſa, pœnas euoluet.

Et mulier homicida erit, quæ alicuius mortem cauſabit; At ſi Iouialis recta fuerit, ſauciata non morietur ex plagis.



112

Hæ lineæ homicidam innuunt, & plagis infligentem mulierem aliquam.

Et mulierem diram, meretricem, ſuperbam, temerariam, quæ nec parcet illius vitæ cui inuidit.



113

Hæ autem lineæ impium ſtatuunt, mendacem, traditorem, & immergendum.

Mulierem autem aliquod patraturam notabile tradimentum cum diſcrimine ſuo vitæ; & immerſionem paſſuram.



114

Hæ lineæ denotant immersiones, & particulares morbos, & vitam malè affectam.

Mulierem autem passuram matricales dolores, & morbos articulares præ nimiâ crapulâ, & eam neci violentæ subditam esse.



115

Per itinera patietur, & in aquaticis subditus erit doloribus colicis, & ventosis.

Mulier cadet, & in aquaticis patietur dolores matricales.



116

Grauia pericula patietur, profugus, & infortunatus erit, & sauciatus interimetur.

Mulier autem erit infausta, improba, lena, & incidet in pericula multa.



117

Hæ lineæ denotant hominem maleuolum, temerarium, importunum, & plagis indigendum.

Mulierem quoque maleualam, improbam, atque lenam, & ab alto casuram.



118



119

Si quis habuerit 4. lineas tortuosas ad instar S. & omnes in eâdem situatione: verbi causâ in situatione Martis, prædicunt vulnerationem: si in Solari, à dominis persecutionem: si in Venereâ, iurgia, & rixas causâ mulierum: si in Mercuriali, quot ipsæ fuerint lineæ, tot falsitates: si autem in Lunari, immersiones.

Pronus erit ad maledicendum, improbus, latro, & carceres cum periculo torturæ intrabit causâ malefactorum.

Mulier autem faciet latrocinium, ac eâ de causâ per iustitiam patietur.



120



121

Ab equo ruet, & à locis altis.

Mulier quoque cadet à locis altis, & ex tali casu collum sibi franget, & peribit.

Hæ lineæ denotant hominem fraudulentum, ac pessimis moribus, exulem, passurum carceres, torturam, ac triremes.

Mulierem autem subditam magis ad malum quàm ad bonum, ac tali de causâ in carcerem intrabit, & virgis cædetur.

plagas



122

Plagas accipiet in capite.
Et mulier ab altis cadet, & locis periculoſis; & obortum faciet ex caſu.



123

Hæ lineæ denotant magnam tribulationem' infortunium cum filiis, per quos diſcrimina magna patietur.
Mulier quoque vexata erit filiorum cauſâ.



124

Erit valdè ſimplex, faciliùs decipietur, omnibus credet, ærumnas in bonis patietur, atque illis ſpoliabitur.
Mulier verò decipietur, & à conſanguineis magis, quàm ab extraneis.



125

Hæ lineæ demonſtrant hominem fortem, ſtrenuum, victorem in cunctis ſuis facinoribus; hoſtiumque ſuorum.
Mulierem generoſam, ac fortunatam.



126

Præerit suis hostibus, & eos vincet, fortunatusque erit in bellis.

Et mulier fausta, & semper marito superior.



127

Obnoxius erit multis infirmitatibus crudelibus, & pessimis.

Mulier autem morbo Venereo laborabit, & similibus infirmitatibus.



128

Subditus erit multis tribulationibus, & persequutionibus inimicorum, & iustis & iniustis.

Mulier verò perdet honorem.



129

Subiectus erit multis periculis; in itineribus infortunatus labores, intolerabiliaque tormenta patietur; si autem lineæ quæ sunt inter oculos sint paulò inferiores, prædicunt captiuitatem inter manus infidelium: si autem lineæ rectæ sint, absque intercisione, & fracturâ, indicant liberationem à cunctis infortuniis.



130

Armiger erit, bellicosus, rixas, & homicidia tentabit, & cuncta superabit.

Mulier animosa, fortunata in matrimoniis, & ab altis & periculosis locis ruet, accipiet super caput aliquod offendiculum.



131

Prædiorum bona possidebit, agricultor in stabilibus fortunatus, pacificus, quietus; sed infœliciter sauciandus in capite.

Et mulier fortunata, & honesta, quæ in capite quoque patietur discrimen.



132

Hæ lineæ denotant mutationem status cum exaltatione, & præcipuè in Ecclesiasticis, bonamque fortunam: virum pollentem magno ingenio, ac doctrinâ, datorem, magnanimum, bonæ constitutionis, vitæque longæ.

Et mulierem fortunatam, quæ licet mendica nasceretur, ad magnam extolletur dignitatem, gradúsque fortunæ.



133

Lineæ hæ malignum denotant morte violentâ moriturum.

Mulierem verò pericula perpessuram in partu, imò & in illo morituram.



134

Fortunatus erit cum dominis; ſed ex eorum deliquio priuabitur bonis; & cum Prælatis infortunatus.

Mulier iacturam patietur, & moleſtiam cum patre, vel marito.



135

Hæ lineæ demonſtrant hominem infortunatum, & captiuum infidelium.

Mulieri autem denotant ſeruitutem, ac amaritudinem magnam.



136

Vehementer fauciabitur.

Et mulier ab alto, & præcipitio cadet, valdè libera erit.



137

Perpetuos carceres patietur.

Mulier autem carceres, & exilium.



138

Multas indignitates patietur, damna, & tribulationes per manus inimicorum, & Iustitiæ cum amissione dignitatis.

Mulier ex voluntate dignitatem amittet.



139

Hæc linea ostendit homini violentam mortem.

Et mulieri idem periculum.



140

Infortunatus & lusor, qui perdens iurabit, blasphemabitque libenter.

Mulier erit propriæ facultatis & mariti voratrix, & malè morigerata.



141

A nobilibus, & Ecclesiasticis diligetur, & Religiosus cùm fuerit, ad Prælaturam vocabitur; & extra Monasterium quoque, dignitates obtinebit per personas Ecclesiasticas; fortunatus erit, & morte blandâ interibit.

Mulier verò fortunata erit, & filios habebit Religiosos, per quos gaudebit, & lætabitur.



142

Prælaturam habebit, & erit longæ vitæ, & in fæculo primum locum apud Regem obtinebit, & ex abiecto ad maximas attolletur dignitates.

Et mulier fœliciſſima erit, & progeniei ſuæ dominatura.

Hæ autem lineæ rarò videntur.



143

A nobilibus, formoſiſque mulieribus amabitur, à quibus honorem, & vtilitatem recipiet; coniugium contrahet cum fœminâ nobili, eritque fœlix.

Mulier verò nobilem excipiet virum; diligetur, & venerabitur; eritque caſta, & fortunata.



144

Habebit pericula per manus inimicorum ſuorum, & à mulieribus plagis infligendus eſt, ac malè accipiendus.


Mulier verò decipienda, prodenda, lædenda, ac malè accipienda ab hominibus.



145

Morte violentâ morietur pro ſuis malefactis.

Et mulier erit importuna, fallax, & à marito interimetur.



146

Magnis vexabitur persequutionibus causâ mulierum, æs proprium dissipabit, non modicas tentabit rixas; multa, & magna de eo vociferabuntur, & erit valde effœminatus.

Et mulier lasciua, sed honesta meretrix.



147

Crudelis erit, impius, peruersus, homicida, ac notabilium patrator malorum.

Mulier verò malefica, affinibus iniuriam inferens, partum in proprio vtero necans, vt sua malefacta non pateant.



148

Multa habebit infortunia, ac litigia, & fortunæ bonorum erit infœlix.


Mulier autem infortunata, & à propriis consanguineis bonis expolianda.



149

Periclitabitur in iuuentute causâ ignis.

Itidemque mulier.



150

Hæ lineæ minantur vtrique ſexui immerſiones, & eò magis quò fuerint concauatæ, & profundiores.



151

Hæc autem linea monet illum eſſe ſcapo petendum; ſed non lædetur; at ſi in martiali foret interrupta, & interciſa linea, procul dubio læderetur cum diſcrimine vitæ, & eò periculoſiùs, quò non erunt illæ lineæ.

Mulieri idem eueniet.



152

Deponetur à dignitate cum ignominiâ, & iniuriâ.

Et mulier lædetur in honore.



153

Valdè pronus erit ad luxuriam, & ad coeundum cum diuerſis generibus mulierum.

Et mulier cum diuerſis rem habebit, cum modeſtiâ tamen, cùm ſit honeſta, & verecunda.

Finis libri ſecundi.

H. CARDANI

METOPOSCOPIÆ

LIBER TERTIVS.

DE FIGVRIS VARIIS LINEÆ SATVRNI.



Venenum, aut peftem homini minatur hæc linea, fed euafurus eft.




Erit longæ vitæ, fed non magnæ fortunæ, miferiis afficietur, & in fuis omnibus negotiis erit infortunatus: à multis vexabitur infirmitatibus, & laboribus fubditus erit, tribulationibusque; terræ cultui inclinabitur, & femper celatas res inuenire conabitur.



Cùm linea Saturni erit ab vno ad alterum principium interrupta, & interfecta, hominem miferum, crudelem & luxuriofum futurum effe promittit; & ob hanc caufam, maximis afficietur infortuniis.



Multos generabit filios, & illorum maior par morietur; & cùm eius mors aderit, tantùm vnus ex eius filiis remanebit.



Multos generabit filios, & filij eius diuturnam vitam ducent.



Huius lineæ constitutio hominem valdè maleficum denotat.



Peruersus erit, & maleficus.



Temerarius erit; & falsi assertor; si sit Legislator, erit falsus, & contra diuinum cultum dicens.

Quia linea Saturni ad lineam Iouis progreditur.



Hypocritam, & falſarium hæc linea Saturni denotat.

Quia curuatur vſque ad lineam Martis.



A principibus, & dominis infectabitur: carceribus, grauibuſque inimicitiis ſubditus erit.

Si quidem linea Saturni ad lineam Solis curuatur.



Adulter erit, & fornicator, quam ob cauſam ad multa patienda damna, & perſecutiones inclinabitur.

Quia linea Saturni curuatur ad lineam Veneris.



Peruerſus, impius, & ſceleſtus erit, ſubtiliter furabitur, & publice; & grauiſſimis propter hoc ſubiicietur periculis.

Saturnus enim ad mercurium progreditur.



In aquaticis infortunatus erit, & maximis vexabitur infortuniis.

Linea enim Saturni progreditur ad lineam Lunæ.



Pauper erit in iuuentute, & multas poſſidebit diuitias in ſenectute, illarumque maior pars erit in prædiis, & ſementibus.



Linea Saturnina extenſa cum ramuſculis aliquibus, ſic diſpoſitis ad lineam, ſituationemque Iouis, denotat hominem infortunatum, & crapuloſum.



Si ramuſculus lineæ Saturninæ extenditur ad Martis ſituationem, in capite poſſunt coniecturari vulnera; ſi ad dextram partem extendatur, erunt in parte dextra; ſi autem ad ſiniſtram, in ſiniſtrâ.



Si ille ramusculus descendat vsque ad situationem solis, dignitate talem hominem esse priuandum consentio, solet & hæc constitutio carceres, exilia, tribulationesque afferre.



Quod si perpendicularem mittat ramusculum ad Veneris situationem, magnas coniecturabitis miserias, & fortunæ bouorum impedimenta.



Etsi dictus Saturni ramusculus vsque ad Mercurij situationem extenderetur, crapulosum, & faciliter inter alios se ponentem dicatis, ex cuius ore veritas exulabit; qui carceribus, & exiliis vexabitur mendaciorum causa.



Et si dicta Saturni linea vsque ad lineam Lunæ se extenderet, in itineribus infortunatum, tam per terram, quàm per aquas hominem futurum dicetis.



Linea Saturni quantò minùs rectâ est, tantò maiora fortunæ bona significat: & solùm in profunditate, & colore permanet id quod maximum lineæ bonum est; & cùm has duas non seruabit bonas qualitates, minimè bona erit.



Pauper erit, & miser.



Diues erit, & fortunatus.



Fortunatus erit; bonæ, & sanæ complexionis; fortuna erit illi fauorabilis, vt in claustro, sic in sæculo; vitam possidebit longam, naturalique morte morietur; magnanimi erit animi, & magis ad donandum, quàm ad accipiendum procliuis; ad maximam denique ascendet dignitatem; maximè si sit benè colorata prædicta linea.



Anguſtiis, & laboribus vexabitur.



Si hæc linea magis à dextrâ, quàm à ſiniſtrâ parte curuetur, denotat hominem ab omnibus infortuniis, quæcumque poſſit habere, liberandum eſſe.



Aliquorum Principum erit nuncius.

Finis tertij Libri.

H. CARDANI
METOPOSCOPIÆ
LIBER QVARTVS.
DE VARIIS FIGVRIS LINEÆ IOVIS.



Cùm linea Iouis erit rupta, interſecta, breuis, & diſcontinua, denotat crapuloſum, mendacem, & malorum morum talem hominem futurum eſſe, qui ſemper in rerum indignarum actione verſabitur, & libidinis causâ offendetur, & ex diuite in extremam deueniet paupertatem.



Incurret in periculum mortis violentæ, & ignominioſæ; à venenis etiam debet ſibi cauere, & à mulierum inſidiis.

Quòd ſi linea interſecana ad ſituationem Martis perueniat, vt per ferrum, ſic per ignem præcauenda eſt mors.



Si dicta linea in ſolis ſituatione interſeracetur, carceres poſſent coniecturari.



Si ad Venerem deſcendat, mulierum causâ pericula mortis inibit.



Si ad Mercurium descendat, infortunatus, miseriisque plenus erit: illudque ab illius pauci ingenij possessione ortum ducet.



Si ad Lunarem descendat, suffocationis pericula mulieri prædici possunt.



Magnis laboribus vexabitur, quorum parua seruabit munera.



In aquâ immersionem patietur, à maximis vexabitur naufragiis, & perditionibus aquarum causâ.




Maximam dignitatem poſſedit eius pater, & patris diuitiarum gratiâ in magnas ipſe feretur dignitates, & exaltationes.



Exaltationes, & diuitias matris ſtudio poſſidet, aut poſſidebit.



Propter Eccleſiaſticos exaltationibus fruetur.



Dignitates propter ſua ſtudia habebit.



Tales dignitates habebit propter ſtudia, vt earum primus ſuæ proſapiæ futurus ſit poſſeſſor.



Longâ fruetur vitâ, fortunatus erit, & cum principibus, dominiſque prævalebit.

Finis quarti Libri.

H. CARDANI METOPOSCOPIÆ

LIBER QVINTVS.

DE VARIIS FIGVRIS LINEÆ MARTIS.



Cùm linea Martialis erit verè longa, recta, optiméque profunda, hominem illum futurum esse magnæ fortunæ augurabimini, vt in rebus militaribus, sic etiam in ludis, in societatibus, & negotiis: huic etiam boni ortus promittuntur vxores, & longâ fruetur vitâ: instrumentorum bellicorum inuentorem futurum esse dicetis, in rebus igneis, in metallis tractandis delectabitur, & Chymicis vtetur rebus. Deum timebit, diuinamque iustitiam; magnum apud omnes obtinebit nomen; erit fortunæ bonis abundans, & in negotiis omnibus fœlix.



Magnus exercituum erit ductor, & apud reges, magnosque dominos magnæ erit æstimationis.



Prudens erit, & sagax, & bonarum doctrinarum plenus.



Magnus apud principes dux erit, si cum Martis lineâ appareat eiusdem formæ linea Solaris.



In Ecclesia exaltabitur, & erit fidei maximus deffensor.



Subtilissimi ingenij erit, & valdè doctus.



Maximè fortunatus erit ob terræ cultus, deinde nauigationes exercebit.



Tribulationibus, & angustiis vexabitur, damnisque notabilibus subditus erit.



Iisdem miseriis in figurâ superiori declaratis obnoxius erit.



Cùm linea Martis rupta, & in plures diuisa erit partes; & ab aliis interfecabitur, pessimorum morum talem futurum hominem indicat, & homicidam, furiosum, vindictæ deditum; eique carceres & exilia minatur.



Si hanc lineam Martis comitetur linea Iouis eiusdem figuræ, per iudicis iniusti & iniqui sententiam moriturum esse coniecturabitis.



Si cum lineâ Martis appareat linea Solis eiusdem figuræ, scilicet interruptæ, & interfectæ; indicantur persecutiones à Principibus, & incendia magna.



Si autem linea Solis similis figuræ appareat cum lineâ Veneris, denotat talem hominem esse paucæ fidei, crudelem, temerarium, vitiosum, lasciuiæ plenum, & mulierum interfectorem, qui tandem debitâ pœnâ punietur.



At si cum lineâ Mercurij sit, designat falsificatorem sigillorum, & scripturarum.



Si denique cum lineâ Lunæ, morte violentâ morietur mulierum causâ.



Mutabilis erit, breuesque erunt eius fortunæ.



Laborioſus erit, & laborum ſuorum paucis præmiis donabitur.



Rixas excitabit, & tribulationes patietur.



Carceres, & exilia patietur.

Finis quinti Libri.

H. CARDANI
METOPOSCOPIÆ
LIBER SEXTVS.
DE VARIIS FIGVRIS LINEÆ SOLIS.





Quando linea Solis recta, longa, & profunda apparet, denotat hominem magnanimum, inuictum, in omnibus actionibus ſuis fortunatum, liberalemque; optimorum morum, nobilis animi, ab omnibus benè acceptum, ſplendidum, & cum dominis, & Principibus fortunatum.

Quòd ſi linea Solis ſit diuiſa, auarus erit & inhumanus, anguſtiis, & miſeriis vexabitur; & à Principibus, aut dominis inſectabitur.





Si in ſituatione Solis reperiantur circuli in modum ſphæræ: ſeu figuræ circulares; oculorum poſſunt coniecturari detrimenta.

Hæ figuræ ſunt pictæ infrà lineam, ne fiat confuſio: aliàs enim deberent in ipsâ ſituatione lineæ reperiri.

Si aliquis veluti ſemicirculus aſcendat in ſuperiori parte ad ſituationem Mercurij, in capite vulnera edicit.



Si semicirculus prædictus ad inferiorem descendat partem, vt in præsenti figurâ, in Veneris situatione, & Mercurij, in aquis immersionem denotat.



Si Solerem lineam linea Martis sequeretur, vt in præsenti figurâ, & rectæ ipsæ essent, & profundæ; virum denotat inimicos superaturum, & valdè apud principes, dominosque æstimandum esse.



Cùm autem lineam Solis linea Iouis comitatur, vt ambæ sunt rectæ, magnæ, & profundæ; significant hominem mutaturum statum, & ex paupere euasurum diuitem.



Quando linea Solis fuerit cum lineâ Veneris, & ipsæ longæ, rectæ, & profundæ sunt; tunc homo magnos possidebit honores, & ab omnibus diligetur, & fortunæ acquiret bona, & à nobilibus mulieribus amabitur.



Quando linea Saturni Solis lineam comitabitur, & ambæ vniformes erunt in rectitudine, longitudine & profunditate; cùm in agris, tùm in ædificiis maximè fortunatus erit.



Quando linea Solis fuerit cum lineâ Mercurij, & ipsæ longæ, rectæ, & profundæ erunt; principum dominorumque Ærarij custodem futurum denotant.



Si linea Solis, & linea Martis sint deformes, tortuosæ, interruptæ, & discontinuæ; quò magis erunt interruptæ, eò persecutiones, damnaque erunt notabiliora.



Si linea Solis, & linea Iouis sint tortuosæ, interruptæ, & discontinuæ; Legislatorum, Ecclesiasticorum, & similium hominum insectationes denotant.



Si linea Solis, & linea Saturni ſint tortuoſæ, interruptæ, & diſcontinuæ; magnas pauperta-tes, miſeriaſque denotant.



Quando linea Solis fuerit cum lineâ Mercu-riali, & ambæ fuerint interruptæ; falſæ con-iecturabuntur accuſationes.



Si prædictæ lineæ ſint diſcontinuæ, & inter-ſectæ; proditiones denotant, & infortunia.



Si linea Solis, & linea Veneris reperiantur in fronte, & ambæ ſint in plures diuiſæ partes; ſignum eſt hominem dedecorandum eſſe mu-lierum causâ.



Si prædictæ lineæ ramuſculis ad inferiorem partem deſcendentibus interſecentur, magnam homini indicant libidinem: quòd ſi illius rubent oculi, multò quidem maior erit.



Cùm linea Solaris breuis erit; hominem ſuarum facultatum diſſipatorem, infortunatum, pertinacem, & ſuperbum denotat.



Si linea hæc breuis ſit, & interrupta; paupertas, extrema miſeria, cum pertinaciâ enunciari poterit.



Si prædicta linea ſit interſecta cum aliquibus ramuſculis; carcerationes, & ſupplicia demonſtrat.

Si profunda, eius vexationes graues, & pernicioſæ erunt.



Si Solaris linea interſecaretur, & interſectio illa duas ſimul efficeret res, hoc eſt ad Saturnum aſcenderet, & ad Venerem ſimul deſcenderet; violenta poſſet prædici mors; & non ſolùm talis qualis, verùm formidabilis, & ignominioſa, & in publicis locis.



Et ſi ad lineam, ſituationemque Mercurij perueniat, & ad lineam Iouis etiam aſcendat; ſuſpenſionem indicabit maximas ob cauſas.



Si autem lineam Solarem interſecat linea aliqua vſque ad Saturni ſituationem aſcendens, & vſque ad Lunæ ſituationem deſcendens; ſubmerſionem in aquis denotat.

Finis ſexti Libri.

H. CARDANI METOPOSCOPIÆ

LIBER SEPTIMVS.

DE VARIIS FIGVRIS LINEÆ VENERIS.




84

Homo cùm in Veneris ſituatione lineam habebit rectam, longam, profundam, optimè coloratam, & ab vno tempore ad alterum perueniantem; fortunatus erit, præcipuè in amore mulierum, & ſic per eas, & per amicos munera habebit; fœlix in matrimonio, diues, & ſanus in tribus vitæ ſtatibus, ſcilicet in adoleſcentiâ, in virilitate, & ſenectute.



85

Si linea Veneris lineam Solis comitetur in longitudine, rectitudine, latitudine, profunditate, & colore; ſignificabit virum ducturum vxorem nobilem, diuitem, & ſui amantem.



86

Si cum illâ lineâ Mars correſpondeat; militiæ causâ viri Martialis nobilitas, & exaltatio promitti poteſt.



87

Si autem lineam Veneris linea Iouis comitetur; indicare poterit Prælaturam, & Eccleſiæ bona.



Si illi linea Saturni correſpondeat, ſementum causâ promitti poſſunt dominia ſubditorum, & diuitiæq;



Contrà autem quando linea Veneris interſecta erit, & interrupta, Saturninum, vilem, mendacem, falſarium, & malorum morum hominem conjecturabitis.



Si inſtar maris vndæ fuerit linea Veneris, per aquas viatorem coniecturabitis, qui in illis periclitabitur.



Si illa linea circa partem infimam curuabitur in ſituatione Mercurij, & Lunæ, terrenum efficiet viatorem.



Si vndosa, curuata, & intersecta; ad suam non reuertetur patriam.



Quando Solis linea apparebit cum lineâ Veneris, & ambæ interruptæ, & intersectæ fuerint; homini indicant filiorum perditionem qui in honore, & bonis minimè fortunati erunt.



Si linea Veneris talis appareat cum lineâ Martis, propriorum amicorum traditorem futurum demonstrat: qui etiam erit rerum ignominiosarum author, & libidini subditus.



Si cum lineâ Iouis, crapulatorem, & maximæ luxuriæ deditum hominem designat.



Si cum lineâ Saturni, maxima possunt expectari pericula.



Si cum Mercurio, infortunatum, malíque ingenij talem hominem denotat, & multis turpibus vitiis addictum.




Si prædictæ lineæ ruptæ, & interfectæ ab aliquo ramusculo medio illas denuò interfecante appareant; homo à duobus sibi debet præcauere, scilicet à veneno, & à mulierum fascino.



Si cum lineâ Solis appareat linea Veneris, & sint deformes, vt videre est in præsenti figurâ; infortunatum hominem, significant carceribus, & inimicorum persecutionibus obnoxium: & quò plures ramusculi illas intersecabunt, & dirumpent, eò plura mulierum causâ coniecturabitis infortunia.



Maximè cuſpis huius lineæ aduerti debet: ſi enim exempli gratiâ ad ſituationem Martis aſcenderet Veneris interſectio; poſſent vulnera concipi.



Si ad Iouis ſituationem aſcenderet, tribulationes, & triſtitias nunciaret.



Si prædicta linea Veneris curua ſit, & eius curuitas verſus Mercurij & Lunæ ſituationem deſcendat; denotat paupertatem poſt annum ætatis trigeſimum tertium.



Et ſi illa linea non deſcendat, ſed ad ſuperiora aſcendat; miſerias, ſeruituteſque imaginari potes, & bonorum iacturam quæ barbara gens auferet.





Si vſque ad Martis ſituationem lineæ curuitas aſcendat, & magis à dextrâ, quàm à ſiniſtrâ parte, dicatis bona eius à conſanguineis paternis eſſe auferenda.

Et ſi aſcendat à ſiniſtra parte; à maternis auferentur.

Si autem curuitas ſit in medio iuxta rectum naſi filum; vxoris parentes bona eius abripient: & præter bonorum amiſſionem in honore, & perſonâ lædetur.

Finis Libri ſeptimi.

H. CARDANI

METOPOSCOPIÆ

LIBER OCTAVVS.

DE FIGVRIS VARIIS LINEÆ MERCVRII.



* 106




* 107

Cùm linea Mercurij benè erit diſpoſita, & tres eius ſeruabuntur perfectiones, ſcilicet longitudo, latitudo, & profunditas; ſagaciſſimus, maximè fortunatus, & machinarum inuentor, & ſummus artifex erit.

Si prædicta linea Mercurij in plures partes diuiſa ſit; valde rude eius ingenium coniecturari poteſt, & eius ſtudia interrupta, eiuſque fortuna ad diuerſas miſerias inclinabitur.



* 108



* 109

Cùm linea Mercurij capillaris, & ſubitilis erit; hominem denotabit obtuſi ingenij, cuius ſermo admodùm eſt vitioſus.

Cùm curua erit, demonſtrabit hominem in ſuis negotiis parùm eſſe fortunatum.



Cùm erit ad instar vndæ maris; maximos labores sine fructu hominí portendit.



Cùm indirecta apparebit; miserias, tribulationes, falsitatésque denunciabit.



Si linea Mercurij sit recta, sed breuis, & apparens dumtaxat à dextra frontis parte: ortusque illius in quo apparet sit diurnus; poterit conjecturari homo possidens diuitias ratione patrimonij, quas impendet propter delectationes.



At si eius ortus sit nocturnus, & linea Mercurij breuis appareat à sinistra parte; diuitias matris causâ possidebit, quas etiam dissipabit.



* 114

Si Mercurialis linea tantùm in medio appareret, proprij ingenij causâ ei fortunæ bona prouenient: & quantò linea rectior, & perfectior erit, tantò copiosior eius bonorum conquisitio futura est.



* 115

Quando linea hæc hac in formâ elucescet, non solùm in situatione Mercurij, verùm in qualibet situatione frontis, dummodò in medio situetur; semper bona fortunæ notabit: si verbi causâ esset in situatione Lunæ; propter mercaturas bona possideret.



* 116

Si in situatione Veneris esset; bona possideret propter donationes, amicos, vel mulieres, & præcipuè causâ matrimonij.



* 117

Si in situatione Solis; propter patrocinia principum, & dominorum.



Si in ſituatione Martis, propter patrocinia hominum martialium, & propter ignea exercitia.




Si in ſituatione Iouis, ob Eccleſiaſticos, Legiſtas, & alios diuites homines.



Si in ſituatione Saturni, agriculturæ, & ſementum cauſâ.



Cùm Mercurialis linea breuis à dextrâ parte erit, & ab aliis extrauagantibus lineis interſecabitur, tum talis homo bona patris diſſipabit, & eorum cauſâ patris, & conſanguineorum erit percuſſor.



122



123

Verùm si linea in medio sit, & intersecetur; hominem falsarium, latronem, instrumentorum falsorum fabricatorem esse indicat, & ob has causas à suis sociis in periculum maximum conijcietur.

Quando hæc linea in hac formâ erit, non solùm in situatione Mercurij, verùm etiam in qualibet situatione frontis, dummodò in medio situetur, & sit intersecta; denotabit infortunia; si exempli gratiâ sit in situatione Lunæ, in aquis emersionem, & submersionem attendetis.



124




125

Si in situatione Veneris; violenta potest mors coniecturari mulierum causâ.

Si autem in situatione Solis, & illi correspondeat linea Mercurij, sintque intersectæ; tunc possunt præsumi persecutiones è causâ rerum falsarum.



Si Martis linea correſpondeat lineæ Mercurij, & ambæ ſint in medio, & interſectæ; denotatur homo impius.



Si Iouis lineæ linea Mercurij correſpondeat; interficietur culpâ ſuâ.



At ſi Saturno correſpondeat ea linea; cauſâ maleficiorum mori debere publicis in locis per iuſtitiæ actionem affirmabimus.



Cùm linea Mercurij Lunæ lineam ſequetur, & ambæ eâdem vtentur apparentiâ, rectitudine, longitudine, & profunditate; apud popularem gentem fortuna fruetur, pluriesque à populis acclamabitur, honoribus, dignitatibuſque potietur.



Si linea Mercurij cum lineâ Veneris vniformis erit in longitudine, latitudine, rectitudine, & profunditate; boni ortus ductorum vxorem talem hominem existimetis, promittuntur ei munera, & honores magni eius vxoris causâ.



Cùm linea Mercurij assumet lineam Solis in æquali rectitudine, longitudine, & profunditate; maximæ actiuitatis apud Principes, & dominos talem futurum hominem esse portendit, & in negotiis suis omnibus fortunatum.



Quando lineæ Mercurij linea Martis correspondebit in eadem apparentiâ, in longitudine, rectitudine, & profunditate; in ludis bonâ fruetur fortunâ, & in igneis machinis, & artificiis maximè versatus erit.



Cum in vniformitate Mercurij linea cum linea Iouis fuerit, scilicet in rectitudine, longitudine, & profunditate; cum iouialibus gentibus fortunatus erit, magnanimus, longæ vitæ, & morum laudabilium, & Ecclesiæ bona possidebit.



Si denique linea Mercurij, & linea Saturni vnam formam feruent & rectam; copiosas possidebit diuitias, & terrena bona, & eorum causâ fortunatus erit.



Quando linea Mercurij fuerit tortuosa, & intersecta cum lineâ Lunæ; aqueis officiendum esse periculis demonstrat; paucâ fruetur fortuna; & in maximam labetur paupertatem.




Si autem Mercurij linea malè lineam Veneris comitetur; infortunatus in matrimonio, deditus luxuriæ, & mulierum causâ peribit.



Quando hæc linea, & Solaris erunt tortuosæ, & interfectæ; maximo vitæ periculo exponetur à Dominis, præcipuè ob res falsas; miser erit, & pertinax, qui extremam patietur paupertatem.



Si linea Mercurij in malâ poſitione cum lineâ Martis fuerit, & tortuoſa, vel interſecta; falſarium, latronem, malorumque morum hominem eſſe ſignificat, qui propter facinora tandem punietur.



Cùm interrupta, malæque apparentiæ fuerit linea Mercurialis, & linea Iouis eamdem ſeruabit formam; ob Eccleſiaſticos, & legum profeſſores perpeſſionibus maximis afficietur.




Cùm denique Mercurialis linea fuerit tortuoſa, & interſecta, & linea Saturni in eadem forma apparebit; venenorum poſſunt coniecturari pericula, magnuſque inimicorum occultorum promittitur numerus.

Finis Libri Octaui.

H. CARDANI METOPOSCOPIÆ

LIBER NONVS.

DE VARIIS FIGVRIS LINEÆ LVNÆ.



* 141

Quando linea Lunæ apparebit recta, longa, profunda, & benè colorata; hominem reddet pulchri, & grati aſpectus, amabilem, diſcretum, & in membris proportionatum, beneficum, phlegmaticum, honeſtum, ingenioſum, cui dignitates à dominis, & longa vita promittuntur.



* 142

Quando è contrario Lunaris linea erit in plures partes diuiſa; in peregrinationibus erit infortunatus, & breuis vitæ, & mulierum causâ multùm patietur.



* 143


Quando Lunæ lineam linea Veneris comitabitur, & ambæ erunt rectæ, longæ, & profundæ; homo venereus denotetur, & fortunatus mulierum, & vxoris propriæ causâ.



* 144


Si linea Veneris interrupta & interſecta comitetur lineam Lunæ nullo modo interruptam; homo cum mulieribus erit infortunatus, ideóque ab earum affectibus ſibi caueat.

Quòd



* 145

Quòd si ambæ fuerint interruptæ, hominem armis valdè deditum significant; qui tamen in illis paucâ fortunâ fruetur, & cuius corpus sæpissimè vulnerabitur.



* 146

Si cum Lunæ lineâ, linea Solis appareret, & ambæ rectæ, longæ, bonæque apparentiæ fuerint, cum nobilibus mulieribus fortunatum futurum esse promittatis, & cum Principibus, dominisque fœlicissimum.



* 147

At si illæ lineæ sint deformes, id est tortuosæ, & intersectæ, aut discontinuæ; persecutionibus nobilium erit obnoxius, præcipuè verò Magistratuum, Officialiumque.



* 148

Si linea Lunæ cum lineâ Martis appareat, & ambæ, rectæ, longæ, profundæ, & coloratæ sint, in militiâ, ludisque fortunatus erit.



149

Si autem lineas prædictas, lineam videlicet Lunæ, & lineam Martis comitetur linea Mercurij, & omnes sint rectæ, longæ, & profundæ; in occultâ philosophia maximè versatus erit.



150

Econtrà cùm interruptæ, & intersectæ fuerint istæ lineæ, talem hominem afflictum, infortunatumque in omnibus actionibus futurum coniecturabitis, magnisque periculis expositum.



151

Si lineæ Lunæ correspondeat linea Iouis in rectitudine, & longitudine; denotant tali homini negotia omnia fœliciter euentura.



152

Quando supradictas lineas, aliæ duæ similiter rectæ, longæ, & profundæ comitabuntur lineæ, & illæ Solis fuerint, & Veneris; ad thesauros, & celatas res inueniendas erit fortunatus.

Nota lineam Iouis in fronte debere esse magis elatam, vt relinquatur spatium Martialis, quæ sita est inter Iouialem, & Solarem.





Si cum lineâ Iouis, & Lunæ, solummodò adesset linea Veneris, mulierum causâ hæreditates expectaret, matris videlicet, & vxorum.

Etsi adesset cum lineis Iouis, & Lunæ linea Solis, apud dominos donationes, & munera portenderet.





Si prædictas quatuor lineas, videlicet Lunæ, Veneris, Solis, & Iouis comitetur linea Saturni, vir fortis, bonæ complexionis, longæ vitæ, & maximorum consiliorum denotatur.

Et cùm vniformiter cum aliis adsit linea Mercurij, hominem studiorum causâ maximæ futurum existimationis prædicit.



Si Lunæ lineam comitetur linea Mercurij, & ambæ ſint tortuoſæ, aut interſectæ, vel interruptæ; denotant ingenij incapacitatem.



Si linea Lunæ reperiatur cum lineâ Veneris, ſintque interruptæ, aut interſectæ; incurabilem infirmitatem denotant.



Si linea Lunæ reperiatur cum lineâ Martis eodem modo interrupta; homini vulnera, & carceres portendit.



Si eadem linea interrupta ſit cum lineâ Saturni; indicat etiam carceres, longaſque infirmitates.

Finis Libri noni.

H. CARDANI

METOPOSCOPIÆ

LIBER DECIMVS.


De lineis in Fronte, plura loca poſsidentibus.



Hæ lineæ diuitias denotant, & longam vitam.



Hæ verò lineæ longam vitam, & paupertatem ſignificant.



Hæ longam vitam, ſed morboſam indicant.



Iſtæ breuem vitam, & mortem infamem prædicunt.



Breuis vitæ hæc signa sunt.



Hæc breuem vitam, & capitis vulnera designant.



Illa verò vitam breuem, & mortem quietam notant.



Hæc linea declarat instabilitatem ingenij.



Fortunatus erit, ingeniosus, & peregrinator his lineis notatus.



Ingeniosum, ac fœlicem denotat hæc linea.



Hæc verò ingenij, & naturæ imbecillitatem.



Hæc constitutio denotat hominem ingenio acuto præditum, variis diuinatricibus artibus deditum, ad homicidia, & alia multa ad Saturnum & Martem pertinentia procliuem; astutum etiam, iracundum, & malignum significat.



Diuitias, dignitates, bonos mores, ingenium denotant hæ lineæ.



Linea hæc sagacem, astutum significat, tum magis si fuerit exilis.



Multæ lineæ in loco illo positæ, inanem, loquacem, mendacemque significant, furem quoque, ac lusorem, si malè positæ fuerint.



Perfidus erit, & principibus inuisus, qui varia detrimenta patietur.



Litigia cum affinibus habebit, & erit multùm pertinax.




Hæc linea varium, & incouſtantem oſtendit in omnibus operationibus.



Fœneratorem, & miſeram mortem, indicant hæ lineæ.



At hæ denotant deceptorem, vitam infamem, & mortem miſeram.



Hæ gulosum, ebriosum, & lusorem denotant.



Istæ verò, lenonem, & impudentem significant.



At hæ furem si pauper fuerit; si diues auarum designant, & deceptorem, qui omnia pecuniarum gratiâ agit, alienamque substantiam dissipat.



Sed hoc signum manifestat inanem, nugatorem, nulliusque pretij virum.



Et hæ lineæ notant furem, ſed non manifeſtum.




At iſtæ lenonem turpi lucro vtentem.



Sed hæ lineæ litigioſum, contumacem, infortunatum, & inimicum conſanguineorum faciunt.



Furem denotant hæ lineæ.



Sed hæ deceptorem, luſorem & periurum deſignant.



Furem, blaſphematoremque indicat hæc linea.



At hæ furem, & doloſum oſtendunt.



Sicarium, & homicidam denotant hæ lineæ, ſcilicet Martis, & Veneris, quæ malè diſponuntur.



Hæc eſt figura frontis latronis famoſi, qui occidit triginta homines, & tandem fuit laceratus publicè.



Hęc conſtitutio lineæ cadentis ſignificat homicidium.

At ſi plures fuerint lineæ cadentes, plura denotabuntur homicidia.




Hæ lineæ deſignant homicidam.



Sed his notatus ſignis vxorem occidet meretricum cauſâ, & infortunia multa patietur, deinde laqueo interimetur, vel aquâ ſuffocabitur.



Falſificum, & monetæ adulterinæ authorem denotat hæc linea.



Hæc etiam monetæ adulterinæ compoſitorem, & nequam notat.



Tres lineæ indirectæ, & malè diſpoſitæ inter ſupercilia, cum tribus, aut pluribus lineis ſecundùm frontem, deſignant ſalacem.

Sed ſi iſtæ lineæ ſint rectæ, & benè diſpoſitæ, ingenioſum denotant.



Linea hæc in modum crucis ſignificat ſcortatorem, qui tandem igne peribit.



Hæ verò lineæ impudicum, qui morte violentâ interibit, notant.



Libidinoſum exhibet illa linea.



Hunc obſcœnum eſſe, & lenonem teſtantur hæ lineæ.



Lenonem etiam denotat hæc linea.



Hæ lineæ ſignificant iacturam ex igne, morbos crurum diuturnos, & inconſtantem valetudinem.



Hæc linea mortem ex podagrâ, & articulorum dolore prouenientem nunciat.



Talis conſtitutio dolores articulorum, & neruorum indicat reſolutionem.



Hæc linea ingenioſum, variiſque deditum artibus docet, crurum morbis diuexatum.




Hæc conſtitutio ſignificat morbum in cruribus, iacturam, ac peſtilentiæ pericula.



Hæc autem morbum chronicum, præcipuè in veſicâ notat.



Morbos capitis patietur his lineis notatus.



Hæc linea caſtrandum decernit hunc virum.



Hemoptoïcum repræſentat hæc linea.



Podagram, & iecoris debilitatem hæ lineæ notant.



Hæ lineæ morbos, paupertatem, vulnera, ac miſeram mortem prædicunt.



Morbo venereo laborabit his lineis ſignatus.



At his notatus, deceptor erit, qui carceres & exilia patietur.



Hæc constitutio indicat pericula multa in aquis: præterea sic notatus erit pertinax, & robustus, sed valetudinarius, qui in virili ætate fœlix erit, & in senectute multa incommoda patietur.



Is qui talibus lineis est insignitus, infortunatus erit, ex incendio damna patietur, exulabit è patriâ, & grauioribus miseriis opprimetur.



Hæc constitutio denotat vulnera, morbos, & mendicitatem.



Pericula in aquis, pestem, carcerem, variamque fortunam patietur his notatus lineis.



Hæc linea denotat veneficia, & insidias.



Ignis detrimenta minantur hæ lineæ.



Publicè cædetur virgis his lineis insignitus.



Mortem in carceribus oſtendit hæc conſtitutio.



At hæc ſignificat tormenta in carceribus, & mortem publicam, cum corporis dilaceratione.



Homicida erit, ob idque in carceribus tormentis vexabitur, & tandem igne peribit.



Carceres, tormenta, exilia, mortemque violentam prædicunt hæ lineæ.



Hæ verò carceres notant, itinera & infortunia.



Vxorem proſtituet, & poſteà incarcerabitur ſic notatus.



Vulnera, carceres, & alia pericula denotat hæc linea.



Salacem, carceres, & mortem violentam hæ lineæ deſignant.



I 73

Morbos, carceres, tormenta, & tandem capitis amputationem hæ lineæ viro prædicunt.



I 74

At hæ carceres, & infortunia in bello, vitamque miſeram ſignificant.



I 75

Et hæ notant latronem, qui patibulo peribit.



I 76

In itineribus damna à latronibus, & carceres notat hæc linea.



Pericula in aquis, pestem, carcerem, variamque fortunam hæ lineæ minantur.



Carceres, & tormenta, etiam in probo viro significant hæ duæ lineæ tortuosæ.




Carceres, tormenta, & publicè corpus lacerandum, hæ lineæ testantur.



Hæ autem notant temerarium, qui carceres, tormenta, & mortem violentam subibit.





Sicarium, & artheriticum, portendit hæc constitutio.

Hæc autem significat vulnera multa.





Breuem vitam, & capitis vulnera prædicunt hæ lineæ.

Morbos, paupertatem magnam, vulnera, & violentam mortem hæ designant.



Vulnera capitis, brachiorum, & crurum manifeſtant hæ lineæ.



Hæ autem caſum ab alto.



Et hæ caſum ab alto, & eam ob cauſam mortem ſignificant.



Morietur ex præcipitio ſic notatus.



Cadet ab alto, & suffocabitur in aquis his lineis insignitus.




Hydrope morietur.



Hæ lineæ denotant deceptorem qui infamem ducet vitam, & miserè peribit.



Morietur veneno, vel peste quicumque his notabitur lineis.



I 93

Ille qui has habebit lineas, hydropicus morietur.



I 94

At ille qui istas possidet, pleuritide peribit.



I 95

Morietur peste, qui his notatus est lineis.



I 96

Morietur etiam pestilenti febre; qui illis duabus insignitus est lineis.



Hæc linea prædicit periculum repentinæ mortis per casum ab equo.



Hoc autem signum minatur repentinam mortem ab igne, fulmine, aut telo.



At hæ lineæ violentam indicant mortem à causâ incognitâ.



Submergetur in aquis, his lineis signatus.



Cadet ab alto, & ſuffocabitur in aquis, qui tales lineas habet.



Latronum pœnas daturum oſtendunt hæ lineæ.



Proditor eſt, & ſuſpendio punietur, qui his duabus notatus eſt lineis.



Etiam ſuſpendetur qui hanc ſolam habet lineam.



Hoc modo ſignatus in patibulo peribit.



Hæ duæ lineæ notant furem, qui malè peribit.



Fœlix erit in mari, deinde occidetur, qui his lineis notatus erit.



Qui hoc ſignum habet, vt fur ſuſpendetur.



Capite mulctabitur, ille qui hac lineâ notatus eſt.



Capitis abſciſſionem ſignificat hæc tortuoſa linea.



Hæ autem morbos, carceres, tormenta, & tandem capitis amputationem, denotant.



Capite plectetur, is qui lineâ hac vnicâ inſignitus eſt.



Eius etiam caput abſcindetur qui has lineas habebit.



Hæc conſtitutio tormenta in carcere, deinde publicam mortem decernit.



Hæc etiam notat publicam mortem, præuiis carceribus, & tormentis.



Veneno occidetur quicunque ſimiles habebit lineas.



Miſſili morietur his notatus lineis.



Salax erit, & telo interimetur, hac vnicâ inſignitus lineâ.



A quadrupedibus occidetur, qui has lineas habet.



Hæc conſtitutio peſſimos notat mores, nec non tormenta in carceribus, poſteà mortem ex ferro.



Ab amicis, & domesticis decipietur, & à latronibus occidetur, sic notatus.



Ab inuidis interimetur, qui eiusmodi habebit lineam.



Interficietur à cognatis, hoc modo signatus.



Proditor erit, vxori aduersarius, & miserâ morte morietur his lineis insignitus.



Hæ lineæ denotant furem, proditorem, & periurum, qui cruciatus, & publicam mortem subibit.



Hæ autem indicant libidinosum, qui etiam carceres, & mortem violentam patietur.



Hæc vnica linea significat furem, & homicidam, qui publicè peribit.



Morte publicâ morietur, quicunque his lineis notabitur.



Hæ lineæ prædicunt hunc virum habiturum plures vxores, & vitam variam.



Hæ verò decernunt diuitias, nuptias felices, & vitam longam.



Filium ſpurium habebit ante matrimonium, quicunque his inſignietur lineis.



Is autem qui his notatus, longam vitam viuet, diuitias poſſidebit, & ad Magiſtratus perueniet.



I 133

Longam vitam ducet, Magiſtratus acquiret, & diues erit ille, qui has habet lineas.



I 134

Et ille qui tali ſigno notatur, diues etiam erit, & fœlix.



I 135

Sed qui has lineas poſſidet, iniuſtè diteſcet.



I 136

Diues erit, fortunâ ſecundâ potietur, vxoreſque multas habebit, quicunque eiuſmodi lineas habet.




Hæ lineæ ſignificant lucra turpiſſimo modo facta.



Ille qui ſic notatus eſt, ex paupere diues fiet, vel ex diuite ditiſſimus.



Hic autem erit vagabundus, qui tamen multas ſibi comparabit diuitias.



Hæ duæ lineæ deſignant auarum, & fœneratorem.



Hæc conſtitutio decernit detrimenta, vulnera, morbos, & mendicitatem.



Fiet pauper, etiamſi ſit natus diues, quicunque huic ſimilem habet lineam.



Ille verò qui talia poſſidet ſigna, vxores multas habebit, & pauper erit.



Is etiam qui eiuſmodi lineis notatur, pauper euadet, vulnerabitur, violentam, & miſeram mortem patietur.



Hæ lineæ tortuosæ, designant hominem, qui ex diuite fiet admodùm miser.



Hæ lineæ denotant virum, cuius vxor impudica erit.



Gulosus erit, & blasphemator, & vitam malè finiet ille, qui hac lineâ signatur.



Salacem hæc semicircularis linea nunciat.



Vxorem occidet, & malè peribit, his insignitus lineis.



Lineæ quæ interſecant ſupercilia, homicidam denotant.




Falſificator monetæ, & ad omnes iniquitates hic homo promptiſſimus erit.



Imbecillitate ſtomachi vexabitur, & hydropicus euadet, ille qui his lineis notatur.



Ille qui eiusmodi notas, & lineas possidet, duas vxores habebit, & corporis infirmitatem, ac tibiarum patietur; tamen si sobriè viuat, ad annos octuaginta tres perueniet.



At is qui has habet notas, catarrho morietur.



Qui istis notatur signis, igni tradetur, ob veneficia, & facinora.



Iste autem qui talia obtinet signa, breuem vitam viuet, in capite vulnerabitur, & à consanguineis occidetur.



Is etiam interficietur à consanguineis vxoris, qui hanc habet notam.



At iste qui hoc denotatur signo, trucidabitur à rusticis.



Malè viuet, & malè peribit, quicunque hanc tortuosam obtinet lineam.



Infortunatus erit in matrimonio, & liberis ille, qui his similes lineas possidet.



Magnam fortunam in rebus Ecclesiasticis denotant hæ lineæ.



Paupertatem autem insignem in iisdem rebus, hæ notæ testantur.



Diues erit ob vxores homo, qui ita signatus est.



At ille qui habet triangulum in medio frontis non interfectum, procul dubio fortunatus erit.



At pauper erit in ſenectute, qui tales lineas obtinet.



Iſta conſtitutio vulnera, & morbum venereum ſignificat, vnde hic iuuenis in paupertate morietur.



Hic homo peſſimæ erit vitæ, homicida, ac traditor, & tandem in triremibus morietur.



Occiſor parentum erit, & peſte morietur ille, qui has habet lineas.



His lineis notatus, breuem ducet vitam, & etiam peſte interibit.



At his donatus lineis, calculo veſicæ obibit.



Ille qui eiuſmodi lineas habet, longa itinera faciet, duas habebit vxores, falax erit; & homicida.



Iſte verò qui has obtinet, peregrinabitur, & morietur extra patriam.



I 173

His insignitus lineis, homicida erit, & gladio peribit.



I 174

At his notatus, lucrum maximum faciet in peregrinationibus.



I 175

Claudus erit, incarcerabitur, & breuem ducet vitam, ille qui has habet lineas.



I 176

Sed is qui tales possidet magnas aduersitates patietur.



Illi amputabitur caput iniuſtè, qui his notatur lineis.



Hac vnicâ ſignatus lineâ, falſificus eſt, qui torturam, & ſuſpendium patietur.



Suſpendio etiam vitam finiet, ille qui talem habet notam.



At is qui tales obtinet lineas, ſubitò morietur.



1 181

Ille qui has habet lineas, extra patriam acquiret diuitias ex mercaturâ, & breuis erit vitæ.



1 182

Is verò qui hoc modo ſignatur, eſt latro, & homicida, qui apprehendetur, poſteà rotæ viuus applicabitur.



1 183

Laborabit vſque ad quadrageſimum annum, deinde diteſcet ille; qui tales lineas obtinet.



1 184

Iſte qui ita figuratas habet lineas, ſubmergetur in mari.



I. 185

Qui talia poſſidet ſigna, publicè ſuſpendio, & igne vitam finiet.



I 186

Sed ille qui tres has vndoſas habet lineas, triſtis erit, & vitioſus.



I 187

Ille verò qui his ſimiles obtinet lineas, ab inimicis occidetur.



I 188

Hic iuuenis ſic notatus, nequam eſt, lenò, & infœlix in fœminis, qui tandem carnifex erit.



Quicunque eiusmodi lineas habet, à latronibus occidetur.



At ille qui his signatur lineis, erit sodomita.



Istis autem notis designatus, fœnerator erit, qui ditissimus fiet.



Sed diues erit ex hæreditate, ille qui has duas habet lineas cum simili signo.



Lineæ ſic diſpoſitæ denotant virum cupidini deditum, & auarum.



Hæ autem deſignant infortunatum, qui in paupertatem maximam incidet.



Hæ lineæ non interciſæ aduerſam denunciant fortunam.



At hæ indicant ſalacem, qui veſicæ calculo diuexabitur.

Finis Libri decimi.

H. CARDANI

METOPOSCOPIÆ

LIBER VNDECIMVS.


DE LINEARVM FRONTIS MIXTIONE.





Cùm linea Saturni interſecando lineas Iouis, & Martis, deſcendit ad locum Lunæ, & ſic coniungitur cum ea; denotat infamem vitam, periculum amittendi oculum ſiniſtrum, vel cadendi ab alto in aquam.

Si prædictæ lineæ, ſcilicet Saturni, & Lunæ, in vnione ſint malè diſpoſitæ, & obliquæ; ſignificant hominem melancholicum, cogit abundum, ad nequitiam procliuem, iiſdemque periculis obnoxium quæ in præcedenti.





Si linea Iouis deſcendat ad ſituationem Lunæ, ita vt vniantur ambæ illæ lineæ: Et ramuſculus vniens, ſiue Lunæ ſit, ſiue Iouis: indicatur homo popularis, diuitias multas poſſeſſurus, & lucra magna facturus.

At ſi ramuſculus vniens ſit obliquus, & malè diſpoſitus; minora bona poſſidebit.



Si linea Martis deſcendat ad ſituationem Lunæ, & iungatur cum eius lineâ; denotat hominem itineribus deditum, maximè in mari, vagabundum, & parum fidelem.



Si ramus vniens ſit malè formatus, ita vt illæ lineæ Martis & Lunæ ſe interſecent; denunciatur homo rixis, & homicidiis deditus: ſed interficiendus, ſi prædictæ lineæ ſint malè diſpoſitæ.



Si linea Solis vniatur cum lineâ Lunæ; ſignificat hominem magnanimum, fortem, & vitam longam poſſeſſurum.

At ſi iuxta naſum formetur angulus, & lineæ ſint benè formatæ, & rectæ; magnam fortunam prædicit.



Si prædictæ lineæ ſint obliquæ, & malè apparentes; ſignificant vitam imbecillem, & infauſtam.



2 9

Si linea Veneris vniatur cum lineâ Lunæ; ſignificat hominem vigilantem, & fortunatum in acquirendis bonis, fœlicem in matrimonio & in prole; ſed inconſtantem, & effœminatum.



2 10


Si autem prædictæ lineæ ſint malè formatæ, & parum apparentes; denotant phlegmaticum, nec adeò fortunatum.

Si tamen ſint obliquæ, & interſectæ, earum ſignificationes deteriores erunt.



2 11

Si linea Veneris deſcendat, & vniatur cum lineâ Lunæ; reddit hominem inconſtantem, vagabundum, amatorem mercaturæ, & itinerum, ſi etiam ſe literis dedat, fortunatum habebit exitum.



2 12

Si prædictæ lineæ ſint malè diſpoſitæ; faciunt hominem vagabundum, fallacem, contentioſum, & amatorem rixarum.





Si linea Saturni vniatur cum lineâ Mercurij; denotat hominem ingeniosum, memoriâ pollentem, & scientiis deditum; sed melancholicum, cogitabundum, & veracem.

Si autem prædictæ lineæ sint obliquæ, & malè formatæ; notant hominem malignum, rixosum, fallacem, & multis periculis obnoxium.





Si linea Iouis vniatur cum lineâ Mercurij; indicat hominem fidelem, ingeniosum, sed infœlicem in propriis rebus, qui leges, & Religionem venerabitur.

Si tamen prædictæ lineæ sint tortuosæ, & malè formatæ; significant hominem dissimulatum, & malorum morum.

At si in descensu ramus interfecet lineam Martis; denotat hominem iniustum, contumacem, & contentiosum, qui iacturam bonorum faciet.



Si linea Solis vniatur cum lineâ Mercurij; reddit hominem iuſtum, glorioſum, & literis deditum.



Si autem prædictæ lineæ malè ſint formatæ, & diſpoſitæ; faciunt hominem ambitioſum, arrogantem, & intolerabilem.



Si linea Veneris vniatur cum lineâ Mercurij; notat hominem ingenioſum, Poëſi, Muſicę, ludo, & voluptatibus deditum, atque à mulieribus amandum.



At ſi prædictæ lineæ ſint tortuoſæ, & malè diſpoſitæ; reddunt hominem vitioſum, ridiculum, artibuſque abiectis pronum.



2 21

Si linea Saturni iungatur cum lineâ Veneris, vel si linea Veneris ascendat, & vniatur cum lineâ Saturni: denotat hominem infirmum, nihil amantem præter res sordidas, & abiectas: maximè cùm illæ lineæ sunt tortuosæ, & malè dispositæ.



2 22

At si linea Saturni descendat, & vniatur cùm lineâ Solis: significat carceres, & vexationes à Principibus: maximè si aliqua ex illis lineis, sit obliqua, & malè disposita: denotat etiam vulnera, aut fluxiones circa oculum sinistrum.



2 23

Si linea Saturni in vnione, lineas Iouis & Martis interfecet, pessimum est signum.

Si autem iungatur cum Solari quæ succedit Martiali versus oculum dextrum: significat tantùm læsionem in oculo dextro, vel fluxionem in eius vicinas partes.



2 24

Si linea Saturni vniatur cum lineâ Martis: indicat hominem laboriosum, rudem, bellicosum, insidiatorem, seditiosum, iniustum, contumacem: maximè si vniatur in latere sinistro.



2 25

Si verò lineæ prædictæ sint tortuosæ, & malè dispositæ: denotant infortunia, ærumnosam vitam, & miseram mortem: reddunt hominem, adulterum, sceleratum, homicidam, deditum lucris illicitis, crudelem, contumeliosum, latronem, & impium.



2 26

Si linea Saturni vniatur cum lineâ Iouis: significat hominem valdè potentem, mansuetum, honestum, non prodigum, affabilem, officiosum, & pacificum.



2 27

Si autem lineæ prædictæ sint malè dispositæ, reddunt hominem ineptum, sordidum, malorum morum, superstitiosum; & parentum contemptorem.



2 28

Si linea Iouis vniatur cum lineâ Veneris: reddit hominem lætum, mansuetum, pium & apud Religiosas charum; maximè si prædictæ lineæ benè formatæ, & dispositæ sint.



2 29



2 30

Si linea Iouis vniatur cum lineâ Solis; denotat hominem honorandum, magnæ auctoritatis, ad summas dignitates peruenturum, ad gubernandum idoneum, generosum, splendidum, & Principibus charum; maximè si Solaris ascendat ad Iouialem, & si ambæ benè formatæ, & dispositæ sint.

Si autem sint malè formatæ; nihil aliud designabunt, quàm vmbram eorum suprà commemoratorum.




2 31



2 32

Si linea Iouis vniatur cum lineâ Martis; reddit hominem magnanimum, iracundum, ad gubernandum minimè idoneum, impatientem, & in diiudicandis aliis seuerum.


Si tamen aliqua ex illis lineis, maximè Martialis, malè formata, & disposita sit; notat hominem malorum morum, seditiosum, crudelem, raptorem, calumniatorem, & ingratum.



Si linea Martis vniatur cum lineâ Veneris; indicat hominem alacrem, voluptuoſum; ludis deditum, iracundum, & zelotipum.

Si verò prædictæ lineæ ſint malè diſpoſitæ; denotant malos mores, & ad luxuriam in vtroque ſexu procliuitatem.

Si tamen aliqua ex illis lineis ſit interſecta; prædicit periculum mortis, in quod homo, prędictorum vitiorum aliquo corruptus, incurret.



Si linea Martis vniatur cum lineâ Solis; denotat hominem iracundum, ambitioſum, ſeuerum, bellicoſum, crudelem, ſuperbum, & imperioſum.

Sed ſi prędictę lineę ſint malè diſpoſitę; reddunt hominem temerarium, ignauum, periculo ignis obnoxium, vnde dictâ mortes peribit.

Attamen ſi aliqua ex his lineis ſit etiam interſecta; procul dubio ictu bombardę, vel ſclopeti interimetur.



Si linea Martis deſcendat, & vniatur cum lineâ Mercurij; notat hominem ſanguineum, cautum, maximè deditum artibus igneis, & ferreis machinis.



Si autem prędictę lineę ſunt malè diſpoſitę; indicant hominem ignauum, contentioſum, auarum, & furacem.

Finis Libri vndecimi.

H. CAR-

H. CARDANI

METOPOSCOPIÆ

LIBER DVODECIMVS.

DE OBSERVATIONIBVS LINEARVM
Frontis mulierum.



Hæ duæ lineæ ſic diſpoſitæ ſupra oculum ſiniſtrum, indicant mulierem, quæ ſpurium habebit filium in matrimonio, & quæ breuem viuet vitam.



Linea ſic formata in parte ſiniſtrâ frontis, deſignat mulierem quæ itidem breuis erit vitæ.



Diues erit, & ſecundâ fortunâ fruetur mulier his inſignita lineis.



In iuuentute fortunata erit, ſed in ſenectute malè fortunata ea mulier, quæ his notatur lineis.



Illa quæ eiuſmodi lineas habet, breuem vitam viuet.



Hæ duæ etiam lineæ, mulieri breuem prædicunt vitam.



In muliere, hæ bonam indolem teſtantur duæ lineæ inter oculos.



Proba erit, & amanda illa, quæ talem habet lineam ſupra oculum dextrum.



3 9

Hæ tres lineæ; designant mulierem generosam, & mansuetam.



3 10

Misericors erit, & liberalis mulier; quæ eiusmodi lineam possidet.



3 11

A libidine abhorrebit his notata lineis.



3 12

Mendicam mulierem, & adulteram, denotant hæ lineæ.



Hæc constitutio meretricem significat, & infamem, quæ malè peribit.



Meretrix erit publica mulier hoc pacto designata.



Libidinosa erit, & in ignominiâ morietur, illa quæ has possidet lineas.



At corrupta erit ante, & post coniugium mulier, quæ his lineis signata est.



Mulier ſic notata, vitam ſacetam in lupanari ducet, ſiue iuuenis ſit, ſiue ſenex.



Et ea quæ has habet lineas, longam viuet vitam, ſed impudicam.



Nuptam, & publicam meretricem denotant hæ lineæ.



Meretricem autem lupanarium illæ ſignificant.



Hæ etiam indicant meretricem, quæ lupanaria frequentabit.



At lineæ hoc modo diſpoſitæ, notant occultam meretricem.



Ante matrimonium corrupta erit ea mulier, quæ eiuſmodi lineas habet.



Illa autem quæ hanc lineam in fronte cum næuo habet; ante, & poſt coniugium pellex erit.



Hæ etiam lineæ deſignant mulierem, quæ corrupta fuit ante matrimonium.



Sed hæ indicant mulierem, quæ adulterium faciet cum familiaribus.



Libidinoſa erit, & impudica, illa mulier, quæ hac lineâ ſolâ eſt ſignata.



At vagabonda, & impudica erit ea, quæ tres his ſimiles habet lineas.



Hæc conſtitutio linguam maledicentiſſimam denunciat, & infamem mortem prædicit.



Vagabundam meretricem denotant hæ lineæ.



Lites & diſcordias amabit illa quæ has lineas poſſidet.



At vafra erit, & aſtuta illa quæ his quatuor lineis rectis eſt inſignita.



Libidinosa erit, & spurios habebit filios ante coniugium ea puella, quæ eiusmodi lineas habet.



Hæc fœmina sic notata, causa erit mortis consanguineorum.



Inuerecunda erit, & proiecti pudoris mulier, quæ his duabus lineis notata est.



Illa autem quæ lineas sic coniunctas habet, consanguineorum mortem procurabit.



Ea etiam quæ ita ſignata eſt, cauſa erit mortis duorum hominum.



At ſuperba erit, & libidinoſa illa, quæ iſtas duas lineolas habet.



Mulier quæ hoc modo eſt ſignata, interficiet proprium filium, vt ſcelus tegat.



Diſſimulatrix autem erit illa, quæ tali lineâ eſt notata.



Omni inceſtus genere erit maculata ea mulier, quæ tales poſſidet lineas.



Illa etiam quæ his tribus lineis notatur, committet idem peccatum cum ſacerdotibus.



Meretrix erit, & præcautrix, illa mulier, quæ lineam hanc poſſidet.



At illa, quæ eiuſmodi lineis ſignatur, præcautrix etiam erit, & ſaga.



Lenam denotant hæ lineæ.



Lena erit, & ante coniugium ſpurium pariet illa fœmina, quæ his ſimiles lineas habet.



Mulier quæ lineas quatuor ſic diſpoſitas habet, deſeretur à marito.



Inimicitiam autem habebit cum coniuge illa fœmina, quæ talem lineam in fronte poſſidet cum næuo.



Hæ lineæ denotant mulierem, quæ inceſtum committet cum fratribus, vel cum conſanguineis, &vulnus accipiet in femore ſiniſtro, deinde ſuffocabitur.



At lineæ iſtæ deſignant zelotypam fœminam.



Mulier quæ has duas habet lineas, cum conſanguineis concumbet.



In dextrâ colli parte veſtigium vtcunque leuatum, cum talibus lineis in fronte, denotat mulierem, quæ cum conſanguineis fœliciter litigabit.



Cum affinibus rem habebit mulier, quæ his lineis signata est.



Sicut & illa, quæ tres illas in fronte possidet lineas.



Illa etiam fœmina quæ hac tortuosâ lineâ insignitur, propinqui stuprum patietur.



Sic & illa mulier, quæ tortuosâ, cum semicirculari lineâ notatur, ab agnatis corrumpetur.



Spurios habebit ex consanguineis, morbos etiam graues patietur, breuémque vitam ducet ea mulier, quæ similem huic habet lineam.



Fœmina quæ his lineis notatur, cum propinquis libidini se dedet.



Filios habebit nothos ex adulterio ea mulier, quæ his duabus rectis lineolis notatur.



Sic & spurium filium habebit ante matrimonium ista, quæ his similes possidet lineas.

Filios



Filios etiam ſpurios habebit permultos ante matrimonium mulier illa, quæ lineis his deſignatur.



At duos tantùm habebit ſpurios, illa fœmina, quæ tales lineas, & notas habet.



Vnicum ſpurium ante matrimonium, hæc linea denotat.



Spurios plurimos in matrimonio geſtabit mulier, quæ tali inſignitur lineâ.



Ac vnum tantùm ſpurium habebit in coniugio illa mulier, quæ duas tales habet lineas obliquas.



Illa etiam quæ hac lineâ notatur, ſpurium geſtabit ante coniugium.



Spurios in matrimonio geſtabit mulier, quæ eiuſmodi lineas in parte dextrâ frontis habet.



Sic & illa fœmina ſpurium in matrimonio habebit, quæ talem poſſidet lineolam in parte ſiniſtrâ frontis.



Et illa quæ eiusmodi lineâ in medio frontis notatur, spurium generabit in ipso matrimonio.



Sed ista quæ his lineis insignitur, spurium ante coniugium generabit.



Crurumque doloribus vexabitur, & infelix erit mulier, quæ lineis eiusmodi denotatur.



Diuturnis crurum doloribus conflictabitur ea fœmina, quæ hac lineâ insignita est.



Mulier, hac vnicâ lineâ notata, cancro in matrice laborabit, quo vix curabitur.



Infortunium patietur in parentibus, & coniuge hæc mulier, quæ talibus signatur lineis.



Mulier quæ his duabus signatur lineis, fracturam in cranio, & colli laxationem patietur.



Sed ea mortis coniugis erit causa, quæ has magnas habet lineas.



A quadrupede vulnerabitur, aut interficietur illa fœmina, quæ his designatur lineis.



Occidetur à coniuge ea mulier, quæ lineam sub crucis formâ in fronte possidet.



Talis linea in fronte, mulierem petulantem indicat.



Meretrix erit proterua ea, quæ his lineis insignita est.



Pessimam linguam, & maledicam denotant, infamémque mortem prædicunt illæ lineæ.



Erit prostibula illa, quæ hac vnicâ notata est lineâ.



A coniuge occidetur mulier, quæ hanc habet in fronte lineam, & næuum inter oculos.



Illa etiam mulier interficietur à marito ob adulterium, quæ tales possidet lineas.



Et ista quæ eiusmodi caractere, & lineâ signatur, interimetur ab ignoto.



Lethale vulnus etiam accipiet ab incognito fœmina, quæ tali notata est lineâ.



Strigem, & veneficam suffocandam in aquis, denotat hæc constitutio.



Hæc etiam constitutio mortem in aquis pernunciat.



Mulier quæ lineam habet in fronte in modum crucis, ſuffocabitur itidem in aquis.



At publicâ morte peribit illa, quæ lineas hoc pacto notatas in fronte gerit.



At fœdâ, & ignominioſâ morte occumbet illa mulier, quæ hæc habet ſigna.



Peſte morietur ea fœmina, quæ talem lineam poſſidet.



Vitam breuem, & infirmitatem tibiarum, totiuſque corporis ſignificant hæ lineæ.



Erit fortunata, & duos maritos habebit mulier, quæ his duabus inſignitur rectis lineis.



Meretrix erit, quamuis ſit nupta mulier his rectis lineis ſignata.



Obnoxia erit doloribus matricis, & morietur in partu fœmina, quæ duas eiuſmodi vndoſas habet lineas.



Mulier sic notata, ex alto cadet, vnde abortum patietur.



At illa quæ eiusmodi lineam in fronte gestat, dedecorabitur.



Fortunata erit, & ad magnam extolletur dignitatem, ea mulier, quæ eiusmodi lineas rectas in fronte possidet.



Morietur autem in partu illa fœmina, quæ his lineis insignita est.



Iacturam faciet, & molestiam à patre, aut marito suscipiet mulier, quæ tali lineâ signata est.



Morte violentâ interibit ista fœmina, quæ hanc vndosam lineam solam gerit.



Mulier hoc pacto signata, venefica erit, affinibus iniuriam afferet, partumque in proprio vtero necabit, vt maleficia sua tegat.



In honore lædetur illa mulier, quæ in parte superiori frontis vnicam habet vndosam lineam.

Finis Libri duodecimi.







Mulier hoc pectore figurata, vel ... mibus iniuriam afferet; parturietque in proprio vtero necabit, vt maleficia sua tegat.



... ore laedetur illa mulier, quae ... frontis vnicam habet vndosam ...

Finis libri duodecimi.


H. CARDANI


METOPOSCOPIÆ

LIBER

DECIMVS TERTIVS ET VLTIMVS.


De Næuis Faciei, & Lineis quæ cum iisdem reperiuntur.


4
I


2
4

De Nœuis in dextrâ Faciei parte collocatis, ſecundùm Signa Zodiaci: Et eorum RELATIONE *ad cæteras corporis partes.*

SECTIO PRIMA.



Vir qui næuum habet in dextro *Arietis* loco, fœlix erit in bello, bona extra patriam à nobilibus, & fœminis accipiet.

Mulier verò eodem notata næuo, in matrimonio, & liberis erit fortunata atque ingenioſa.


RELATIO. Hic autem næuus, næuum ſimilem indicat in dextrâ Pectoris parte, qui vtrique ſexui proſperam fortunam in negotiis, vitam longam, & optimum finem prædicit.



Ille qui in ſituatione dextrâ *Tauri* næuo inſignitur, bonam habebit fortunam in matrimonio, & hæreditates poſſidebit, bonaque ſine labore acquiret.

Mulier eodem modo ſignata, ſimili fruetur fortuna.

RELATIO. At hic næuus alium denotat næuum in hypochondrio dextro; qui eadem bona portendit.



Is qui in loco dextro *Geminorum* næuo notatur, amicitiam contrahet cum Potentibus, lucrum cum extraneis faciet, & bonam habebit fortunam in mercaturâ, poſtea magnis fruetur dignitatibus.

Mulier ſimili næuo ſignata, ſimilem habebit fortunam.

RELATIO. Iſte næuus alium indicat in ſcapulâ dextrâ næuum qui eandem etiam dabit fortunam viro, & mulieri.




Quicunque næuum habet in dextrâ parte *Cancri*, ex paupere diues fiet, vitâque longâ & fœlici fruetur.

Mulieri eodem nœuo notatæ, hæreditates à conſanguineis euenient.

RELATIO. Næuus ille alium næuum in inguine dextro deſignat, qui ſimilem prognoſticat fortunam.


Qui



Qui næuo signatur in parte dextrâ *Leonis*, aliena bona possidebit, ingenio subtili, & fœlici memoriâ præditus erit, & à Magnatibus diligetur.

Fœmina autem ab inimicis vexabitur, & brenem ducet vitam.

RELATIO. Hic næuus indicat næuum alium in parte dextrâ ventris, qui eadem prædicit.



Vir qui næuum in dextro *Virginis* loco obtinet, fœlix erit in omnibus negotiis, honoresque possidebit, & vitam longam & quietam aget.

Mulier iisdem fruetur bonis.

RELATIO. Næuus hic denotat etiam næuum sub mammillâ dextrâ, qui vtrique sexui similem portendit fortunam.



Ille qui næuo in dextâ parte *Libræ* designatur, à Principibus honorabitur, & lucrum maximum cum extraneis faciet.

Mulieri eodem næuo notatæ eadem obtinget fortuna.

RELATIO. Næuus iste similem denotat næuum viro sub testibus, qui illi bona à mulieribus prædicit: & fœminæ sub vulua, qui ei bona à viris portendit.



Si quis næuum in situ dextro *Scorpij* possidet, thesaurum inueniet, & lucrum maximum in mercaturâ faciet.

Fœmina simili næuo signata æquè fœlix erit.

RELATIO. Hic næuus næuum etiam indicat vtrique sexui sub vmbilico, qui eandem sortem significat.



Vir qui in ſituatione dextrâ *Sagittarij* næuo connotatur, in omnibus negotiis, præcipuè in mercaturâ fortunatus erit.

Fœmina eundem næuum habens ſimilem habebit fortunam.

RELATIO. Næuus hic coxæ dextræ etiam næuum manifeſtat, qui tam viro, quàm mulieri acquiſitionem bonorum, & prædiorum prognoſticat cum vitâ longâ.



Si aliquis in loco dextro *Capricorni* næuum poſſidet, induſtrius in omnibus exercitiis erit, habitabitque extra patriam, vbi lucrum magnum faciet, & honores, dignitateſque acquiret; ſed auarus fiet.

Fœmina ſimili næuo ſignata, eodem ingenio prædita erit, & fortunâ eâdem fruetur.

RELATIO. Næuus prædictus alium vtrique ſexui indicat næuum in genu dextro, ſeu ſupra clunem dextrum, qui bona per mortem hoſpitis præſagit.



Ille qui in dextro *Aquarij* ſitu habet næuum, fortunatus erit in mercaturâ, & negotiis.

Fœmina etiam erit fortunata, & in matrimoniis fœlix; ſiquidem quinque habebit maritos, à quibus plurimas accipiet diuitias, ſed nullos liberos.

RELATIO. Hic næuus alium ſignificat næuum in brachio dextro, aut in tibiâ eiuſdem lateris, qui vtrique ſexui proſperam prædicit fortunam.




Næuus in parte dextrâ *Piſcium*, indicit ſortem bonam, ingenium acutum, & magnas hæreditates à nobilibus.

Mulieri eaſdem res portendit.

RELATIO. Iſte næuus næuum alium indicat in dextro pede, qui ſimilia bona viro, & mulieri diſtribuet.

De Næuis in dextrâ parte Faciei constitutis, secundùm Signa Zodiaci: Eorumque ad alias corporis partes RELATIONE.


SECTIO SECVNDA.



Vir qui in loco dextro *Saturni* næuo notatur, fœlix erit, ingeniosus, & diues.

Fœmina simili næuo notata fortunata etiam erit, & ingenio subtili prædita.

RELATIO. Næuus hic testatur alium inesse næuum viro supra partem dextram penis, & fœminæ supra dextram vuluæ regionem; qui vtrique sexui bonam prædicit fortunam.



Ille qui in loco sinistro *Arietis* næuum habet, infortunatus erit in bello, extra patriam bonis omnibus spoliabitur.

Fœmina simili næuo signata, in matrimonio, & cum filiis infœliciter viuet, eritque morosa, & rixas amabit.

RELATIO. Hic næuus designat næuum alium in parte sinistrâ Pectoris, qui Sexui vtrique infortunia portendit, vitam ærumnis & anxietatibus plenam, & finem funestum.



Is qui in læuâ *Tauri* parte næuo denotatur, rixas habebit cum vxore, fietque carnifex, cuius sorores erunt meretrices, amittet bona, & grauiter vulnerabitur.

Mulier autem simili signata næuo rem cum extraneis habebit, erit causa mortis mariti, patieturque morbum incurabilem.

RELATIO. Næuus hic alium declarat næuum in hipochondrio Sinistro, qui viro mortem violentam, vel pestem: Et mulieri mortem in partu præsagit.


At si alteruter alium etiam næuum habeat sub Humero sinistro, carceres patietur, & infortunia magna.



Quisquis in sinistro *Geminorum* loco næuo donatur, testiculum amittet, vnde nullos generabit filios.

Mulier similem habens næuum, apud duos nubet viros, eritque infortunata, & monachis fiet valdè familiaris.


RELATIO. Iste næuus alium indicat næuum in humero sinistro, qui viro impertiet lites, inimicitias, & amissionem bonorum: Fæminæ verò multa infortunia.



Qui næuo ſignatur in loco ſiniſtro *Cancri* infirmitatem patietur incurabilem, eritque breuis vitæ.

Fœmina autem ſimili infirmitate detinebitur.

RELATIO. Næuus hic Næuum alium teſtatur in inguine ſiniſtro vtriuſque ſexus, qui viro promittit infirmitatem in genitalibus; Fœminæ verò in pudendis; Et vtrique infortunium in diuitiis.



Si vir aliquis næuum in ſiniſtra ſituatione *Leonis* habeat, erit homicida, qui ab inimicis malè habebitur, & ſæpiſſimè ægrotabit.

At mulier breuis erit vitæ, cuius maritus fiet carnifex, atque morte repentinâ obibit.

RELATIO. Næuus hic næuum alium ſignificat in parte ſiniſtra ventris, qui infortunia in armis viro portendit: Mulieri autem rixas cum conſanguineis.



Cùm aliquis næuo notatur in ſiniſtro *Virginis* loco, peſſimæ erit vitæ, qui vulnera in capite accipiet, & poſtea peſte peribit.

Sed mulier cauſa erit mortis mariti, & aliorum, atque in capite & brachio vulnerabitur.

RELATIO. Is næuus notat alium næuum ſub mammillâ ſiniſtrâ, qui viro minatur carcerem ob debita: Fœminæ verò infortunium in marito, & liberis.



Næuo notatus in ſitu ſiniſtro *Libræ*, erit vitioſus, luxurioſus, ſodomita & homicida, qui ſupplicio peribit.

Mulier verò erit meretrix, quæ ſuos exponet liberos.

RELATIO. Hic næuus alium latentem teſtatur næuum in viro ſub teſticulis, qui prædicit carceres, & etiam mortem publicam: Et Fœminæ ſub vulnâ, qui ei prognoſticat incurabiles morbos, & tandem mortem ex paupertate.





Si aliquis næuum in loco ſiniſtro *Scorpii* poſſideat, erit auarus, & homicida, qui gladio mulctabitur.

At Fœmina erit valetudinaria, attamen meretrix, & monachis familiaris, quæ natos interimet.

RELATIO. Næuus iſte næuum indicat alium in inguine ſiniſtro, & pudendis, qui triſtiſſimam pollicetur vitam & breuem, mortemque infamem viro: At mulieri anxietates plurimas & mortem in partu.

Quoties virum videbis næuo ſignatum in ſitu læuo *Sagittarii*, iudicabis eum amiſſurum teſticulum ſiniſtrum ſine ſpe generationis, & futurum infœlicem in negotiis.

Sicut & fœminam ſterilem fore, & meretricem.

RELATIO. Næuus hic deſignat næuum alium in parte anteriori femoris ſiniſtri, qui vtrique ſexui ægritudines plurimas denotat.





Næuus in ſiniſtro *Capricorni* loco poſitus, denunciat viro morbum chronicum, caſum ab alto, peſtem, periculum in aquis, & vitam breuem.

Et Mulieri penè ſimiles infirmitates.

RELATIO. Is næuos alium notat næuum in genu ſiniſtro, ſiue ſupra clunem ſiniſtram, qui ſignificat ſexui vtrique priuationem liberorum, & mortem ex peſte.

Vir qui næuo in ſiniſtro *Aquarii* loco deſignatur, veneno peribit.

Fœmina eodem næuo notata, potione veneficâ à marito exhibitâ extinguetur.

RELATIO. Næuus iſte declarat næuum alium in brachio ſiniſtro, aut tibiâ lateris eiuſdem, qui morbum venereum, aliqua vulnera in capite, ſtranguriam, infortunia in matrimonio, & paucos filios vtrique ſexui prædicit.





Ille qui næuum habet in læuo *Piscium* loco, anxietates, & infortunia plurima in matrimonio, necnon accusationes iniustas, & bonorum amissionem patietur.

Mulier iisdem erit obnoxia miseriis, & calomniis.

RELATIO. Hic næuus alium næuum notat in sinistro pede, qui sexui portendit vtrique breuem vitam, & fortè mortem à propriis consanguineis.

Næuus in situ læuo *Saturni*, indicat viro periculum submersionis in aquis.

Fœminæ autem mortem ex suffocatione, si iste næuus sit supra iugulum, vel mortem ex peste, si sit sub maxillis.

RELATIO. Iste næuus næuum alium designat viro supra sinistram partem penis, & mulieri supra regionem læuam vuluæ, qui portendit sexui vtrique vitam breuem, & mortem infaustam, ob facinora erga consanguineos commissa possessionis bonorum causâ.

De Næuis vnicis, tam in Planetariis frontis Lineis, quàm in cæteris locis stabilitis.

SECTIO TERTIA.





Vir qui in parte dextrâ frontis næuum habet supra lineam *Lunæ*, fortunatus erit, præcipuè in coniugio.

Mulier eodem næuo notata eâdem fruetur fortunâ.

Ille qui similem possidet næuum in sinistrâ parte lineæ *Lunæ*, Adulter erit, qui à martialibus contumelias patietur.

Sicut & Fœmina simili næuo signata.



Quicunque næuo in dextrâ *Mercurii* lineâ designatur; fœlix erit extra patriam in omni mercimonij genere.

Fœmina etiam in omnibus negotijs prospera erit, si simili næuo signetur.



At ille qui in loco *Mercurij* sinistro næuum possidet; Et in mercaturâ, & in aliis rebus infortunatus erit.

Sicut & mulier eodem næuo insignita.



Si næuus impressus sit in parte dextrâ lineæ *Veneris* alicuius viri, prædicit illi fortunam prosperam in matrimonio.

Idem næuus Mulieri portendit faustum coniugium cum viro nobilissimo.



Sed si næuus sit in læuâ eiusdem lineæ *Veneris* parte; viro indicat fortunam in cunctis negotijs & actionibus aduersam, ac ærumnas plurimas, atque carceres cum discrimine vitæ.

Idemque etiam Fœminæ significat hic næuus.



Cùm næuus reperitur in dextro lineæ *Solaris* situ, denotat virum Principibus, Magnatibusque acceptum, à quibus munera multa, dignitatesque accipiet.

Mulieri simili næuo notatæ eadem bona contingent.



At si talis næuus in sinistro loco lineæ *Solis* appareat; portendit viro dignitatum & beneficiorum priuationem à parte Principum.

Fœminæ eodem næuo signatæ, bonorum, honorisque iacturam, multasque tribulationes.



Si in parte dextrâ lineæ *Martis* næuus fit; viro prognosticat in matrimoniis, & militiâ summam fœlicitatem.

Mulieri autem fortunæ bona multa, quæ ipsi euenient ratione ingenii, & successionis consanguineorum.



Sed si vir næuo in læuâ parte eiusdem lineæ *Martis*, notetur; proditor & homicida erit.

Fœmina simili signata næuo, causa erit mortis alicuius viri Martialis.



Si næuus positus sit in parte dextra lineæ *Iouis*, prædicit viro hæreditatem summi dominii, seu Ecclesiæ maximam dignitatem.

Sicut etiam mulieri eodem næuo insignitæ.



Cum autem idem næuus est in situatione læuâ lineæ *Iouis*, virum denotat impium, fraudulentum, & homicidam.

Mulierem etiam omni scelerum generi deditam.



Næuus in dextrâ parte lineæ *Saturni* collocatus, viro denunciat magnam opum affluentiam, hæreditatemque à consanguineis.

Et mulieri simili næuo notatæ magnas diuitias minimè expectatas.



Idem næuus in parte sinistra lineæ *Saturni* constitutus, viro portendit infortunia plurima, excidia, carceres perpetuos, seu exilia.

Fœminæ eodem signatæ næuo curas summas, & egestates.



43

Si næuus positus sit in medio loco lineæ *Lunæ* frontis, vir fortunâ fecundâ fruetur in longinquis peregrinationibus, & in mercimoniis.
Mulieri eadem fortuna continget, si næuo simili notetur.



44

Cùm næuus est in mediâ lineâ *Mercurii*, vir magnas diuitias industriâ propriâ acquiret.
Sicut & mulier quæ talem possidet næuum in fronte.



45

Næuus in mediâ lineâ *Veneris* collocatus, longam vtrique sexui vitam pollicetur, nec non hæreditates multas à consanguineorum morte procedentes.



46

Si næuus appareat in mediâ *Solari* lineâ, fœlicitatem vtrique sexui tribuet, tam in emendis, quàm conducendis prædiis, & dominiis.



4 47



4 48

Si næuus in lineâ mediâ *Martis* sit constitutus, vir rebus in omnibus prosperam fortietur fortunam, multasque dignitates possidebit, præcipuè in militia.

Mulier autem fœlix erit in matrimoniis, & prætereà diuitias multas acquiret.

Si in mediâ lineâ *Iouis* næuus appareat, denotabit viro, & mulieri prosperam fortunam cum diuitiarum copia.



4 49



4 50

Cùm næuus reperitur in mediâ *Saturni* lineâ, vtrique sexui bona fortunæ ex terrarum cultu, ac opes plurimas ex industriâ prouenientes denunciat.

Vir, & mulier habentes næuum in parte dextrâ frontis inter lineas *Saturni*, & *Iouis*, ad luxuriam admodùm proclives erunt.



Si næuus in eâdem parte dextrâ fuerit inter ſituationem *Iouis* & *Martis*; vtrique ſexui diuitias hæreditatemque opulentam in ſenectute pollicetur.



Si autem ipſe næuus apparuerit in dextrâ parte inter lineas *Martis* & *Solis*; viro Principum & Magnatum fauorem tribuet, cum diuitiis magnis, quæ ipſi ex mercaturâ & peregrinationibus affluent.

Mulieri etiam plurima contingent bona à nobiliſſimis viris.



Næuus autem poſitus in eâdem dextrâ parte frontis inter ſitum linearum, *Solaris* ſcilicet & *Venereæ*; bonam vtrique ſexui fortunam ſubminiſtrabit in omnibus negotiis, cum honoribus, & hæreditatibus.




Si etiam næuus fuerit in parte dextrâ inter locum *Veneris* & *Mercurii*; virum fœminamque in connubiis fœlices fortunatoſque prædicit.



Si næuus in parte dextrâ inter locum *Mercurii* & *Lunæ* constitutus fuerit; viro atque mulieri longam incolumemque vitam; ac prosperam fortunam, ingenium quoque & industriam cum diuitiarum incremento denunciat.



Si in eâdem etiam parte dextrâ inter *Lunæ* situationem, & *Supercilium* næuus appareat; viro, melierique quæstus cum extraneis maximos extra patriam promittit.



Si autem næuus collocatus sit in parte læuâ frontis inter *Saturni* & *Iouis* lineas; virum, fœminamque in omnibus negotiis, præcipuè in litibus, & etiam mercaturis infaustissimos designat.



Si næuus in eâdem frontis læuâ parte inter *Iouis* & *Martis* situationem reperiatur, ad litigia, contentiones; & odia marem fœminamque pronos facit, indicat etiam discordiam inter coniuges ipsos, necnon magnam corporis læsionem.



Si in parte ſiniſtrâ frontis inter *Martis Soliſque* lineas fuerit næuus; vtrique ſexui calamitates & lites denunciat: viro præterea aliquem teſticulo morbum tribuit.

Mulier autem duos exhibebit maritos, eamque adulteram declarat.



At ſi næuus in eâdem ſiniſtrâ parte inter *Solis* & *Veneris* locum poſitus fuerit; teſtatur virum fœminamque infauſtos futuros eſſe, ac breuis vitæ, quibus Principes, vel Domini infenſi erunt.



Cùm vir aliquis næuum habet in parte læuâ frontis inter *Veneris* & *Mercurii* ſituationem; carceribus, & tribulationibus luxuriæ cauſâ obnoxius erit.

Mulier eâdem de cauſâ infirmitate, & inopiâ premetur.



Næuus in eâdem parte ſiniſtrâ collocatus inter lineas *Mercurij* & *Lunæ*; viro ærumnas, carcereſque minatur, ob falſi crimen.

Mulierem autem denotat ad ſimultates & adulteria procliuem.


84 63

Si denique in eadem parte læua frontis inter situationem *Lunæ* & *Supercilium* collocatus fuerit næuus, virum, fœminamque petulantiæ, ac libidini obnoxios denotat, qui in senectute paupertate, atque miseriâ peribunt.


4 64

Næuus in oculi parte dextrâ versus tempora constitutus, virum in mercibus, cunctisque negotiis fortunatum facit.

Atque vtrique sexui fœlicia præstat coniugia.


A 65

Si næuus in eodem oculo dextro versus nasum fuerit, fortem vtrique sexui prosperam, & lucra maxima industriæ causâ designat, viro autem geminas vxores.

Mulieri geminos maritos, necnon ex matrimoniis bonorum cumulum prædicit.


4 66

Si in medio inferioris partis oculi dextri næuus situs sit, sexui vtrique fausta pollicetur connubia, quorum tamen finis funestus erit.



Næuus in parte læuâ oculi versus tempora positus; virum notat nefarium, homicidam, latronem, qui turpi violentaque morte peribit.

Mulierem verò adulteram; cuius vita breuis erit & calamitosa.



Si in eodem oculo sinistro versus nasum næuus fuerit; denotat virum, fœminamque veneficijs deditos, qui morte subitaneâ, vel violentâ peribunt.



Cùm næuus apparet in medio inferioris partis oculi læui; virum subiicit quàm plurimis vitæ periculis ex iaculorum ictu procedentibus.


Mulierem quoque variis calamitatibus, & discriminibus exponet.



Vir, atque fœmina næuum in qualibet superiori parte oculi dextri habentes; diuitiis affluent, & in cunctis negotiis fortunati erunt.



Vir, & mulier in quocunque ſuperiori ſitu oculi ſiniſtri næuo maculati, modicas poſſidebunt diuitias, & in omnibus negotiis erunt infortunati.



Vir, ſiue fœmina in medio auris dextræ næuo notati, proditores, homicidæ, atque infames habebuntur.



Cùm autem næuus apparebit in ſuperiori parte auris dextræ, viro, atque mulieri infortunia in omnibus rebus quàm plurima minatur.



At ſi næuus poſitus ſit in inferiori loco eiuſdem auris dextræ, virum, fœminamque ad libidines & nequitias pronos facit, eoſque ignis periculo, præſertim in dextra corporis parte exponet.



Cùm vir, aut mulier in medio ſiniſtræ auris næuo notatur, infami morte peribunt ob homicidia perpetrata.



Si autem næuus poſitus ſit in parte ſuperiori auris ſiniſtræ, mortem vtrique ſexui violentem prædicit.



Aut ſi in inferiori loco eiuſdem læuæ auris næuus appareat, virum homicidiis obnoxium ſignificat; ob quæ, & alia etiam ſcelera gladio peribit, mulierem quoque deſignat nequitiis quamplurimis deditam, ob quas crudelem ſimiliter necem patietur.



Cùm in ſuperiori loco naſi viri, vel mulieris næuus emicat, illis infœlicem parentum mortem minatur.



4. 79

Si næuus positus sit in mediâ parte nasi, indicat virum causâ mulierum, mulierem verò causâ virorum homicidiis addictos, necnon luxuriæ inhonestiæ deditos.



4. 80

Vir, vel etiam mulier in dextrâ parte nasi à superiori parte næuum habentes, lucra ex hæreditate facient, vir quidem à parte coniugis, fœmina autem à parte mariti.



4. 81

Si tamen næuus collocatus sit in medio dextræ partis nasi, vtrique sexui iurgia, ac miserias profert.



4. 82

Si verè næuus fuerit in inferiori & dextrâ parte nasi, ad luxuriam procliues, tam virum quàm mulierem designat: Et quò propiùs naribus hæret nænus, eò frequentiùs hoc vitium exercebunt.



4 83

Cùm vir, vel fœmina in sinistrâ parte nasi versus partem superiorem næuo afficiuntur; turpibus vitiis dediti erunt.



4 84

At si næuum habuerint in medio partis læuæ nasi; ad adulteria, vel incestus procliues erunt.



4 85

Cùm autem næuus constitutus est in inferiori & sinistrâ nasi parte versus nares; infaustos vtriquè sexui euentus prædicit.



4 86

Vir, aut mulier in dextrâ parte supercilij dextri næuo notati; fælices in omnibus negotiis fient.



Si autem næuus situs sit in sinistrâ supercilii dextri parte; fœlicitatem, bonamque in matrimonio fortunam asserit.



Sicut & næuus collocatus circa medium eiusdem supercilii dextri; faustum vtrique sexui præmonstrat connubium.



Vir, vel fœmina in sinistrâ supercilii læui parte insigniti næuo; improbæ vitæ, atque malorum erunt morum.



Si næuus appareat in dextrâ parte supercilii sinistri; vtrique sexui infœlicia indicat connubia. Si verò næuus fuerit etiam in parte superiori maxillæ dextræ; viro, atque mulieri prosperam impertit fortunam.



4 91

Cùm in medio ſupercilii ſiniſtri næuus adeſt, teſtatur ſexum vtrumque fœdis contaminari vitiis.

Cùm etiam alter næuus in parte inferiori dextræ maxillæ fuerit, viro, fœminæque omnia lucrorum genera cum proſperâ in mercaturis fortunâ inſinuat.



4 92

Si næuus ſit in medio maxillæ dextræ, viro atque fœminæ ſecundam in cunctis negotiis fortunam, atque vitam longæuam elargitur.



4 93

Vir, vel mulier in ſuperiori parte maxillæ ſiniſtræ næuum habentes, grauibus agitabuntur ægritudinibus, vitamque ducent breuiſſimam.



4 94

Si autem næuus conſtitutus ſit in medio læuæ maxillæ, vir, atque fœmina calamitates, infauſtaque patientur connubia.



4 95

Si in inferiori loco maxillæ ſiniſtræ næuus reperiatur, vtriquè ſexui ſubmerſiones, infortunia maxima, atque etiam acerbitates plurimas prædicit.



4 96

Cùm in viri, vel mulieris parte dextra oris næuus adfuerit, bonam fortunam, ac opum ex ingenio & induſtriâ adeptionem præbet: attamen fœminæ mortem extra patriam minatur.




4 97

Quoties in dextra parte oris, magis tamen verſus medium næuus ſtabiliter, ſignificat virum, mulieremque acuto eſſe ingenio, ac divites, hæreditatibuſque fore affluentes.



4 98

Sed ſi hunc næuum propè medium oris in parte dextrâ, vir, atque mulier habeant, bona contrahent matrimonia, atque proſperâ pollebunt fortunâ.


4 99

Si næuus in parte superiori oris versus latus sinistrum fuerit; vtrique sexui morbum venereum insinuabit.


4 100

Si in medio partis sinistræ oris adsit næuus; portendit etiam sexui vtrique luem veneream; viro prætereà in genitalibus vlcera, & mulieri in naturâ.


4 101

Cùm vir, vel fœmina in superiori parte menti versus latus sinistrum næuo maculati sunt; pessimæ erunt naturæ, vir scilicet homicida, & proditor: mulier autem meretrix, vel etiam lena.


4 102

Si næuus sit in medio sinistræ partis menti; testatur virum, fœminamque homicidia commissuros, imò & consanguineos interempturos.



4 103

Si næuus conſtituatur in parte inferiori menti verſus latus ſiniſtrum; infortunia maximè in connubiis, & breuem vitam vtrique ſexui inculcat, lites quoque, inimicitias, bonorum iacturam, ac frequentes ægritudines excitat.



4 104

Si autem næuus fuerit in ſuperiori parte menti verſus dextrum latus: viro atque fœminæ fecundam in omnibus negotiis, præcipuè matrimoniis, fortunam largitur.



4 105

Næuus in medio partis dextræ menti poſitus, vtrique ſexui fælicitatem in cunctis, præſertim in bonorum coaceruationibus promittit.



4 106

At næuus collocatus in inferiori parte dextrâ menti; virum, fœminamque fortunatos cum Principibus facit, maximè in peregrinationibus.



4 107




4 108

Cùm vir, vel mulier næuo notantur in ſuperiori parte colli verſùs latus dextrum; ex altis locis ruent: præterea fœmina grauibus vteri doloribus diſcruciabitur.


Si vir, fœmináue in ſuperiori loco colli verſùs ſiniſtrum latus næuum habent, ſuffocabuntur.
Aut ſi in medio eiuſdem ſiniſtri lateris colli, obtruncabuntur, vel ſuſpendentur.
Sed ſi in loco inferiori iſtius lateris ſiniſtri colli; atroci morte peribunt.

De Næuis Faciei, tam vnicis, quàm combinatis, qui varias etiam Frontis lineas comitantur.


SECTIO QVARTA, ET VLTIMA.



Cùm aliquis has duas lineas in fronte poſſidet, cum næuo in malâ ſiniſtrâ propè narem; homicida, & proditor habebitur ratione huius næui: carceres, & mortem tandem violentam ſubibit ratione iſtarum linearum.



At ſi quis in medio frontis lineam habeat bifurcatam, cum næuo in tempore ſiniſtro; breuis erit vitæ, & in mari peribit.



Linea hæc bifurcata, breuem quidem vitam portendit; ſed cum næuo in medio frontis, mortem ex veneno nunciat.



At hæc linea, cum næuo inter oculos poſito, Sodomitam oſtendit, qui etiam ſorores corrumpet, & tandem gladio peribit.



Linea hæc vndoſa in fronte collocata; carceres, deinde mortem infauſtam prædicit: At næuus ſub oculo ſiniſtro poſitus qui eam comitatur; homicidia occulta demonſtrat.



Linea verò tortuoſa frontis mortem infamem ſignificat: næuus ſupra oculum ſiniſtrum collocatus deſignat conſanguineorum occiſorem.



Quiſquis lineam inſtar crucis inter oculos habet cum næuo ſupra oculum ſiniſtrum; diuitias ex matrimonio; & coniuge poſſidebit.



At ille qui duas poſſidet lineas rectas, cum næuo in parte ſiniſtrâ frontis; fœlix erit in bello.



Vir qui lineam magnam habet in medio frontis, & duas minores inter oculos, cum næuo in parte dextrâ colli; fortunatus erit in itineribus, dignitates à mulieribus acquiret, & diuturnâ fruetur vitâ.



Ille autem vir qui his tribus notatur lineis in medio frontis cum næuo in parte sinistrâ, deceptor erit mulierum.



Quicunque duas habet lineas rectas in fronte, quarum ea quæ versus latus sinistrum tendit, vncum habet cum næuo supra posito, ingeniosus erit, & longam ducet vitam.




Si verò aliquis quinque talibus notatur lineis in fronte, cum næuo versus partem sinistram oris; hypocrita erit, & multos decipiet.



Si quis hanc poſſidet lineam in medio frontis cum his duobus næuis in vtrâque malâ appoſitis; ſuam relinquet vxorem.



Quiſquis has duas habet lineolas in fronte cum næuo ſupra oculum ſiniſtrum; zelotipus erit, & vxores interimet.



Si vir his quatuor inſignitur lineis in fronte cum næuo verſus partem ſiniſtram; erit latro.



At ille qui duos habet næuos ſupra & infra oculum ſiniſtrum; fœlix erit in omnibus negotiis.



Cùm aliquis talibus connotatur lineis in fronte cum næuo iuxta zygoma ; discordiam habebit cum consanguineis.



Qui hos duos habet næuos in parte dextrâ frontis, hæreditates ex matrimonio possidebit.




Sed ille qui duobus notatur næuis, vno scilicet ferè in medio frontis, alterò verò infra oculum sinistrum ; plurimas accumulabit diuitias.




Quicunque hanc habet magnam lineam in medio frontis cum tribus paruis inter oculos cum næuo versùs partem dextram nasi ; honores, & diuitias in peregrinationibus acquiret, eritque in cunctis negotiis fœlix, & longam ducet vitam.



Is verò qui talibus lineis magnis in fronte inſignitur cum næuo ad ſupercilium oculi ſiniſtri; magna infortunia vſque ad triceſimum quartum annum patietur, deinde proſperâ vtetur fortunâ.



Vir etiam qui has duas poſſidet magnas vndoſas lineas in fronte, cum næuo infra canthum minorem oculi dextri; fortunatus erit in matrimonio, & in ſeruis: ſed in cæteris magnos perferet labores.



Cùm aliquis has duas tranſuerſas lineas inter oculos habet cum næuo infra canthum minorem oculi ſiniſtri; valetudinarius erit, multos tamen habebit liberos.



Næuus in ſuperiori parte frontis cum tali lineâ; deſignat homicidam, qui multis agitabitur morbis, & proditionibus ab inimicis.



Hæ duæ lineæ cum tali næuo circa medium frontis, significant breuem vitam, & mortem ex veneno.



Hæ lineæ frontis cum cruce inter oculos, & næuo versus partem læuam oris, breuem etiam denotant vitam, & fortè mortem violentam.



Hæc vndosa linea frontis cum næuo supra oculum sinistrum, morbum prognosticat venereum, deinde mortem subitaneam.



At ista frontis tortuosa linea cum næuo inter oculos, Pestilentialem viro prædicit morbum, quo tamen non occumbet, sed itinera faciet, & extra patriam obibit.



4 137

Hæ tres semicirculares lineæ cum duabus rectis, & næuo in malâ dextrâ, vitam illi pollicentur longam, & dignitates extra patriam.



4 138

Hæc linea in modum crucis, denotat mulierem corruptam ante & post matrimonium, quæ tamen duos habebit maritos: næuus autem hic versus zygoma dextrum, significat eam cum Ecclesiasticis commercium habituram & interituram veneno.




4 139

Hæ lineæ semicircularis scilicet, angulosa, & recta, cum næuo in parte superiori frontis, itinera cum maximo lucro, & fœlicitatem apud exteros significant.




4 140

Linea vndosa in medio frontis, cum næuo in malâ sinistrâ collocata, indicat mulierem quæ maritum relinquet, & alteri se adiunget, posteà morte violentâ peribit.




4 141

Istæ lineæ semicirculares frontis, cum næuo nari dextræ apposito, designant virum qui nummos plurimos inueniet, & in matrimonio fœlix erit.



4 142

Si quis tres eiusmodi lineas haberet in fronte, cum næuo versus partem dextram oris, claudus fiet, & diuitias possidebit, sed breuis erit vitæ ob morbum venereum quo inquinabitur.



84 143

Lineæ istæ tortuosæ frontis, cum næuo affixo superiori parti oculi læui versus canthum minorem, notant fœminam quæ à marito occidetur, ob commercium quod cum consanguineis, aut etiam Ecclesiasticis habebit.



4 144

Si quis hanc magnam lineam in medio frontis possidet, cum næuo infra oculum dextrum, ob stuprum quod exercet interimetur.



4 143

Cùm vir aliquis talibus his tribus notatur lineis in fronte, cum næuo versus latus dextrum; ditissimus erit & felicitate magna cum Principibus fruetur.



4. 146

Si etiam quis tribus similibus lineis in fronte insigniatur, cum næuo in parte dextrâ menti; à parte mulierum fiet locuples, dignitatesque acquiret, & in omnibus exercitiis fœlix erit.



4 147

Quoties vir, aut mulier in fronte signantur vndosâ lineâ, cum næuo supra oculum læuum, lue venereâ contaminari perhibebuntur.



4 148

Cùm talis linea in medio frontis apparet, cum næuo apposito in illius extremitate versus partem dextram; prædicit mortem infamem.



Quicunque his tribus lineis notatur, cum næuo in superiori parte frontis; multas extra patriam acquiret diuitias.



At ille qui has habet lineas in fronte, cum næuo in parte dextrâ & superiori nasi; diues erit ex hæreditatibus, & bona plurima possidebit à parte mulierum.



Vir qui lineam habet extensam à Tempore dextro ad mediam partem frontis, cum næuo in eius extremitate posito; vulnera periculosa in brachio sinistro accipiet.

Finis Metoposcopiæ.

ΜΕΛΑ'ΜΠΟ'ΔΟΣ ΙΕΡΟΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ,

Περὶ Ἐλαιῶν τοῦ σώματος Μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα.

ΕΑ'Ν ἐστὶν [ἐλαία] εἰς τὸ μέτωπον τοῦ ἀνδρὸς, πολλῶν ἀγαθῶν ἔσται κύριος.

Εἰ δὲ εἰς τὸ μέτωπον τῆς γυναικὸς, ἡ γυνὴ βασιλεύσει, ἢ μεγίστη ἔσται.

Ἐὰν ἔξω τῶν ὀφρύων τοῦ ἀνδρὸς, λαμβάνει γυναῖκα ἀγαθὴν, καὶ εὔμορφον.

Εἰ δὲ γυναικὸς, καὶ ἐστὶν ἡ χροιὰ αὐτῆς πυῤῥὰ, λαμβάνει ἄνδρα πλούσιον, καὶ εὔμορφον.

Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν ὀφρύων τοῦ ἀνδρὸς, οὐ δεῖ συζυγῆναι αὐτὸν; ὅτι πέντε γυναικῶν ἀνὴρ γενήσεται.

Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς γυναικός.

Ἐὰν ᾖ εἰς τὴν ῥῖνα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἡ χροιὰ αὐτοῦ ἔσται πυῤῥὰ, ἀκόρεστος ἔσται τῆς συνουσίας; ὅτι καὶ εἰς τὸ κρυπτὸν ἔχει ἐλαίαν.

Ἐὰν ᾖ εἰς τὴν ῥῖνα, ἢ εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τῆς γυναικὸς, ὁμοίως ἀποβήσεται τῷ ἀνδρί; ὅτι καὶ αὐτὴ εἰς τὸ κρυπτὸν ἐλαίαν ἔχει.

Ἐὰν εἰς τὸ πλάγιον τῆς ῥινὸς τοῦ ἀνδρὸς, ξενιτεύσει ἀπὸ χώρας εἰς χώραν.

Ἐπὶ δὲ γυναικὸς, κακοποδίνα γενήσεται, ὅτι καὶ εἰς κρυπτὸν ἐλαίαν ἔχει.

Ἐὰν εἰς τὸ μάγουλον τοῦ ἀνδρὸς, πλούσιος γενήσεται.

Ἐπὶ δὲ γυναικὸς, ἐὰν εἰς τὸ κάτω μέρος τῆς σιαγόνος, ἐμπαθὴς ἔσται, ὅτι καὶ εἰς τὸ ὑπογάστρειον ἔχει.

Ἐὰν εἰς τὴν γλῶσσαν τοῦ ἀνδρὸς, λήψεται γυναῖκα πλουσίαν, καὶ καλήν.

Ἐὰν εἰς τὰ χείλη τοῦ ἀνδρὸς ἐλαία ᾖ, πολυφάγος ἔσται.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ γυναικῶν.

Ἐὰν εἰς τὸν πώγωνα ἔχει ὁ ἀνὴρ ἐλαίαν, πλούσιος ἔσται χρυσίῳ, καὶ ἀργυρείῳ.

Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ γυναικὸς; ὅτι καὶ εἰς τὸν κόλπον ἔχει.

Ἐὰν εἰς τὰ ὦτα ἔχει ὁ ἀνὴρ, πλούσιος, καὶ εὐλογημένος ἔσται.

Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ γυναικὸς; ὅτι καὶ εἰς τὸν μηρὸν ἐλαίαν ἔχει.

Ἐὰν εἰς τὸν τράχηλον ἔχει ὁ ἀνὴρ, πλούσιος ἔσται σφόδρα.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ γυναικός.

Ἐὰν εἰς τὸν αὐχένα ἔχει ὀπίσω ὁ ἀνὴρ, ἀποκεφαλίζεται.

Ἐὰν εἰς τὰς ψύας, πτωχὸς ἔσται, καὶ ἀτυχὴς βαστάζων γένους.

Ἐπὶ γυναικὸς ὁμοίως.

Ἐὰν εἰς τοὺς ὤμους, δέσμιος ἔσται, καὶ θλιβόμενος.

Ἐὰν εἰς τὴν μασχάλην, λήψεται γυναῖκα πλουσίαν, καὶ καλήν.

Καὶ ἡ γυνὴ ὁμοίως.

Ἐὰν εἰς τὰς χεῖρας, πολύτεκνος ἔσται.

Καὶ ἡ γυνὴ ὁμοίως.

Ἐὰν εἰς τὸ στῆθος, πένης ἔσται.

Καὶ ἡ γυνὴ ὁμοίως.

MELAMPODIS SCRIPTORIS SACRI, Diuinatio ex Næuis Corporis, ad Regem Ptolemæum.

SI sit [Næuus] in *Fronte* viri, is multorum bonorum erit dominus.
At si in mulieris *Fronte*, illa regnabit, aut erit maxima.
Si *extra Supercilia* viri, vxorem bonam, & formosam adipiscetur.
Sed si [*extra Supercilia*] Mulieris, & eius color sit flauus, reperiet maritum diuitem, & formosum.
Si autem in viri *Superciliis*, non debet matrimonium contrahere: quia quinque vxorum maritus fieret.
Idem etiam in muliere [continget.]
Si sit in *Naso* viri, & eius color flauus sit, insatiabilis erit in coitu; quinetiam næuum habet in *Occulto*.
Si sit in *Naso*, aut in *Oculo* mulieris, idem ei continget ac viro; quinetiam ipsa in *Occulto* næuum habet.
Si ad *latus Nasi* maris, peregrinabitur de regione in regionem.
In fœminâ verò, pedibus debilis fiet; quinetiam in *Abdito* næuum habet.
Si in *Genâ* viri, diues euadet.
In fœminâ verò, si in *parte inferiori Maxillæ*, perturbata erit; imò etiam in *Hypogastrio* habet [næuum.]
Si in *Linguâ* viri, nanciscetur vxorem opulentam, & pulchram.
Si in *Labiis* viri næuus sit, maximus erit heluo.
Perinde & in mulieribus.
Si in *Mento* vir næuum habet, diues erit auri, atque argenti.
Idem etiam in muliere; quinetiam [næuum] versùs *Lienem* habet.
Si in *Auribus* vir [næuum] habet, opulentus erit & bonæ famæ.
Idem & in muliere; quinetiam næuum in *Femine* habet.
Si in *Collo* [næuum] vir habeat, erit admodùm diues.
Similiter & fœmina.
Si *ponè Ceruicem* vir [næuum] habet, decollabitur.
Si in *Lumbis*, mendicus erit, & infortunatus baiulus suæ progeniei.
Mulier similiter.
Si in *Humeris*, captiuus erit, & afflictus.
Si in *Axillâ*, reperiet diuitem, atque formosam coniugem.
Ita & mulier.
Si in *Manibus*, multorum liberorum parens erit.
Sic etiam mulier.
Si in *Pectore*, pauper erit.
Etiam & mulier.

Ἐὰν ἐπάνω τῆς καρδίας, πολυπόνηρος ἔσται.

Τῇ δὲ γυναικὶ τοῦτο συμβαίνει, ὅταν εἰς τὸν μαστὸν τὴν ἐλαίαν ἔχῃ.

Ἐὰν εἰς τὴν κοιλίαν, φάγοι ἀμφότεροι ἔσονται.

Ἐὰν εἰς τὸν σπλῆνα, ἐμπαθεῖς, καὶ ἐπίνοσοι.

Ἐὰν εἰς τὸ ὑπογάστριον, ἐμπαθεῖς ἔσονται.

Ἐὰν εἰς τὸ κρυπτὸν, ἄπληστοι ἔσονται ὑπὸ τῆς συνουσίας.

Ἐὰν εἰς τὸ φυσικὸν, ὁ μὲν ἀνὴρ ἀρρενόγονος ἔσται.

Ἡ δὲ γυνὴ τοὐναντίον.

Ἐὰν εἰς τὸν μηρὸν, πλούσιοι ἔσονται.

Ἐὰν εἰς τὰ γόνατα, λήψεται γυναῖκα πλουσίαν.

Ἡ δὲ γυνὴ, εἰ μὲν εἰς τὸ δεξιὸν γόνυ, ἀγαθὴ ἔσται· εἰ δὲ εἰς τὸ ἀριστερὸν, πολύτεκνος ἔσται.

Ἐὰν εἰς τὸν ἀστράγαλον, ὁ ἀνὴρ [τὴν γυναῖκα] ἀπρόσωπον ποιήσει ἀπὸ τῆς χιτωνίας· ἡ δὲ γυνὴ, τὸν ἄνδρα ἀπὸ τῆς ἐξουσίας.

Εἰ δὲ εἰς τοὺς πόδας ἔχουσιν ἐλαίαν, πολύτεκνοι ἔσονται.

Σημείωσαι οὖν τὸ ἐπὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, ἐὰν ᾖ ἡ ἐλαία, εἰς τὰ δεξιὰ μέρη, πλούσιοι, καὶ ἀγαθοὶ πάντων γενήσονται· εἰ δὲ εἰς τὰ εὐώνυμα, ἐμπαθεῖς, καὶ πτωχοὶ ἔσονται.

Τέλος περὶ Ἐλαιῶν.

Si *ſupra Cor*, nequiſſimus erit.

Mulieri autem idem contingit, cùm in *Mamillâ* næuum habuerit.

Si in *Ventre*, ambo erunt voraces.

Si in *Liene*, infirmi, & valetudinarii.

Si in *Hypogaſtrio*, morbidi erunt.

Si in *Occulto*, intemperantes erunt in re venereâ.

Si in *Genitali*, vir quidem erit marium procreator.

Mulier autem contrà.

Si in *Femore*, diuites erunt.

Si in *Genibus* [vir] acquiret vxorem diuitem.

Mulier autem, ſi in *Dextro Genu*, proba erit; ſed ſi *in Siniſtro*, multæ prolis genitrix erit.

Si in *Calcaneo* vir, [vxorem] tunicâ ſpoliatam faciet: Vt & mulier maritum authoritate.

Sed ſi in *Pedibus* næuum habeant, multorum liberorum parentes erunt.

Obſerua itaque in viris, & mulieribus; Si Næuus ſit in *Partibus Dextris*, diuites, & probi omninò fient: Si verò *in Siniſtris*, morboſi, & inopes erunt.

Finis [*Tractatus*] *de Neuis.*

ELENCHVS
LIBRORVM, ET SECTIONVM
METOPOSCOPIÆ H. CARDANI.

FINIS.

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amez & feaux Conseillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts ou leurs Lieutenans, & à tous autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut, Nostre cher & bien amé THOMAS IOLLY, Libraire Iuré en nostre bonne ville de Paris, nous a tres-humblement fait remonstrer qu'estant en Italie, il a recouuert vn manuscrit de Cardan, intitulé *Metoposcopia*, auquel il y a huit cens figures qu'il a fait grauer auec grand soin & despence, & mesme l'a fait traduire en nostre langue, lequel manuscrit il desireroit faire imprimer: mais craignant qu'vn autre y venant à concurence pour l'opprimer de son labeur & luy faire tourner à perte la despence qu'il en a faite & est encor obligé de faire, il a recours à Nous, pour luy estre pourueu de nos Lettres sur ce necessaires, lesquelles il nous a tres-humblement fait supplier luy vouloir octroyer. A CES CAVSES, voulant fauorablement traiter ledit exposant, Nous luy auons permis & permettons par ces presentes, d'imprimer ou faire imprimer, tant en Latin qu'en François, vendre & debiter ledit liure par tout nostre Royaume, Païs, Terres & Seigneuries de nostre obeïssance, en tel volume & characteres que bon luy semblera, & ce durant le temps & espace de vingt années, à compter du iour qu'il sera acheué d'imprimer: faisant tres-expresses inhibitions & deffences à tous autres Libraires, Imprimeurs & autres personnes de quelques qualitez & conditions qu'elles soyent, d'imprimer, vendre n'y debiter ledit liure pendant ledit temps, tant en Latin qu'en François & en quelque sorte & maniere que ce soit, sans le consentement de l'exposant ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de trois mil liures d'amande, vn tiers applicable à l'hostel-Dieu de Paris, vn tiers à nous & l'autre tiers à l'exposant, confiscation des exemplaires & de tous despens, dommages & interests: à la charge de mettre deux exemplaires dudit liure en nostre Bibliotheque, & vn en celle de nostre tres-cher & feal le Sieur Seguier Cheualier Chancelier de France, auant que de les exposer en vente: Et qu'elles seront enregistrées és liures du Syndic de la Communauté des Marchands Libraires & Imprimeurs de nostredite ville de Paris, à peine de nullité des presentes: Du contenu desquelles nous voulons & vous mandons que vous faciez joüir & vser plainement & paisiblement ledit exposant ou ceux qui auront droit de luy, sans souffrir qu'ils y reçoiuent aucun trouble ny empeschement au contraire, Voulons aussi qu'en mettant au commancemen, tou à la fin de chacun exemplaire desdits liures vn Extrait des presentes, elles soient tenuës pour deuëment signifiées & que foy y soit adioustée & aux copies collationnées par l'vn de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'original. MANDONS au premier nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, faire pour l'execution des presentes tous exploits necessaires sans demander aucune autre permission. CAR tel est nostre plaisir. DONNÉ à Paris le vingt-troisiesme jour d'Octobre, l'an de grace mil six cens cinquante-six & de nostre Regne le quatorziesme. Signé, par le Roy en son Conseil, DV BVISSON. Et scellé du grand sceel de cire jaune.

Registré sur le liure de la Communauté, le 27 Octobre mil six cens cinquante-six, conformément à l'Arrest du Parlement du 19 Auril 1653. Signé, BALLARD, Sindic.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois, le dernier May mil six cens cinquante-sept.